

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Rudolphi Goclenii Exercitationes et disputationes ethicae
& politicae**

Goclenius, Rudolph

Marpurgi Cattorum, 1601

Aphorismi primi libri ethicorum arist. ad Nicomachum, thesibus
comprehensi

[urn:nbn:de:bsz:31-109121](#)

E T H I C A .

& Physicus & Ethicus. Sic historicus: Sic elo-
quens seu orator perfectus.

34. Theologia Christiana, quæ debet esse
est, finibus philosophia non continetur, et si
& logicæ & reales disciplinæ (ideoq; philo-
sophia) ei inserviant & famulentur.

A P H O R I S M I P R I M I
L I B R I E T H I C O R V M A R I S T.

ad Nicomachum, Thesibus comprehensi.

P R A E S I D E

R O D O L P H O C O C L E N I O .

D I S P U T A T I O I .

A RISTOTELIS ad Nicomachum
Philosophia Practica seu moralis
10. libris traditur, ita, ut fiat pro-
gressio à fine ad ea quæ ad conse-
quendum finem pertinent.

2. Primus liber est de summo bono seu bea-
titudine hominis Politica.
3. Constat Proœmio & tractatione,
4. Proœmium tanquam *πρόγονδι* ad fu- Cap. 2.
turam disputationem habet quatuor quæ-
stiones: Prima est: An sit aliquod summum
bonum hominis. Conclusio est affirmativa.

A 3

Secun-

6 DISPUTATIONES

Cap. 2. 5. Secunda est: Cujus doctrinæ sit illud explicare: Respondetur Politicæ.

Cap. 3. 6. Tertia est: Qua ratione docendum: Respondetur probabiliter ferè.

7. Quarta est, quis sit Idoneus auditor Ethicæ, quis ineptus: Respondetur: is est auditor & judex Politicæ disciplinæ germanus, qui & actionum humanarum, quæ singulares sunt, est peritus, ut præcepta possit ad usum revocare: & vagos & inconstantes appetitus animi rationi obedientes efficit: Ineptus seu non idoneus contrà.

8. Sequitur tractatio ipsa primū *natura etiam deinde aversa etiam*: Illic ostenditur quid non sit, hic verò quid sit summum bonum,

Cap. 4. 5. 6. 9. Summi boni nomen controversum non est: Omnes id vocant *etiam duplicitas*: sed de re ipsa controversia est, aliis aliud summum bonum constituentibus.

10. *Απολαυσικὸν*, exempli causa, plor consonantes seu voluptuosi patrocinantur voluntati.

11. *Πολιτικὸν* seu civilibus negotiis implicati gloria & honore beatam vitam metuntur vel virtute.

12. *Χρηματιστικὸν* seu economicum vitæ genus amplectentes in divitiis summum bonum collocant.

13. Quibus arridet genus sive *disputationis*, in contem-

contemplatione & sciētia positiū arbitrantur.

14. At neq; voluptas, neq; honos, neq; virtus, neq; divitiae, neq; scientia, ut Ideā contemplatio, hominis Politici beatitudo censenda est. (Hinc digressio est de ratione seu modo docendi Ethicam. Primum τὸ θέτι colligitur, deinde inquiritur τὸ δέτι.)

15. Hactenus quid non sit summū bonum, disputatum: nunc quid sit, ediscerendum.

16. Definitiones hic sunt duas; una minus Cap. 7, exquisita, altera accuratior.

17. Minus accurata seu Hypotyposis est, εὐδαιμονία δὲ τέλος ἀριστον καὶ τελεότατον τῶν οὐρανῶν: beatitas est finis optimus & perfectissimus aegendorum.

18. Itaq; εὐδαιμονία est bonum αὐτοκλέος.

19. Exquisitior seu αἰσχεῖα est hæc: εὐδαιμονία δὲ εὐέγενεία φυχῆς καὶ ἀριστεροπάτης εἰ βίο τελείω: beatitas est actio animæ secundum virtutem perfectissimam in vita perfecta.

20. Cum hac sententia de beatitudine ali- Cap. 8 qua ex parte aliorum opiniones congruunt, quibus virtus, voluptas, vel prospera fortuna, summum bonum esse placuit.

21. Virtutis siquidem usus & actio sine possessione & habitu ejus esse nō potest. Et sumnum bonum, & honestissimum est, quod est virtutis: & jucundissimum, quod est voluntatis.

A 4

22. Et

8 DISPUTATIONES

22. Et volupras summo bono perpetuò comes adjungitur: denique fortunæ accessio necessaria est beatitudini, ut instrumentum & ornamentum; ad essentiam verò ejus non requiritur.

23. Porrò ad illustrandam definitionem Aristoteleæ beatitudinis, disputantur quinque quæstiones,

Cap. 3.

24. Prima quærit de causis efficientibus beatam vitam: Respondeatur, si quid à Deo donatur, profectò in primis beatitas ab eo donatur, utpote donum præstantissimum.

25. Verùm proxima causa ejus est doctrina & exercitatio: seu beatitas humanis studiis acquiritur, non verò fortuitò,

26. Ac licet dicatur cœlitus à Deo ad homines demissa non esse, tamen est res maximè divina, & summè admiranda,

27. Secunda quæstio, quæ prioris est confectionarium, est de subiecto beatitatis: Qui dicuntur beati? Respondeatur: Beati non dicuntur, qui virtutē nec discere, nec exercere possunt. Nullum igitur ex brutis animalibus est beatum appellandum, nec hominum quisquam in pueritia propriè dicitur beatus, nisi propter spem, quam concipimus, bonam, de pueribona indole. Spes tamen est incerta. Sed si summum bonum habent, quorum perfecta est virtus, & consummata vita,

28. Tercia

110 v 19
bono perpetuo
de honeste accessu
i, ut incrementum
natura velo ejus ac
dam definitio
dissimile quoque
e, cuius dicimus
deon. l. p. i. 2.
una beatis
restitutio.
aula ejus ei ex
cives honoris de
runt
et in diebus
enemorantur
da
quaz pionis dico
beatus. Qd
: Ben non dico
eo expresso quod
animalibus et
homini quod
et beatus nec
bonam deponit
incerta. Satis
orum part

E T H I C A.

28. Tertia est: si tñne aliquis beatus appellandus, dum vivit, & recte Solon affirmeret, ante finem vitæ neminem beatum appellandum? Respondetur contra Solonem: Cap. ro.
Beatos appellamus, ante obitum etiam, eos, qui virtutes colunt, in iisq; colendis perseverant.

29. Quarta quæstio est: An vivorum casus pertineant ad mortuos? Respondetur, quæ Cap. II. cunque mortuorum filiis & amicis eveniunt, five bona five mala, spectant quidem ad mortuos, sed non sunt tanta, ut mortui statum immutent, ut videlicet ex beato miserum, & ex misero beatum reddant.

30. Quinta est de dignitate beatitudinis: Cap. II.
Utrum beatitudo est pótius bonum πύρον honorabile, quam ἐπαυγετὸν laudabile? Prius affirmatur,

31. Hactenus finis vitæ practicæ expositus est. Deinceps de causis, quæ ad finem consequendum faciunt, in primisq; de forma beatæ vitæ differendum,

D I S P U T A T I O I I .

D E V I R T U T E M O R A L I .

CUM primo libro de fine vitæ practicæ Cap. II. actum sit, ratio doctrinæ postulat, ut deinceps de modo acquirendi finis ex-

A s plicetur,

plicetur, videlicet de virtute *honesty*, cum gen-
eratim, tum speciatim.

2. Generatim primū de efficiente & ob-
jecto, deinde de natura essentiaq; virtutis.

3. De efficiente, virtus moralis seu ethica po-
tissimum comparatur *habitus*, id est, consuetu-
dine seu more, unde & nomen duxit.

4. Itaque nobis naturā non ingeneratur.
(Quod & de virtute mentis seu rationis ve-
rum est.)

5. Neq; tamen *ταχείαν*, id est, præter na-
turam advenit, sed est in nobis naturalis *dis-
posiția*, qua possumus virtutes per longam con-
suetudinem suscipere.

Cap. 2.

6. Ecquomodo verò, seu ex quibus causis
virtus consuetudine seu actionibus assiduis
acquiritur?

7. Primum recte rationi convenienter age-
re, omnium virtutum est seminariū. Dein-
de actiones in virtute tum acquirenda, tum ac-
quisita exercenda nituntur à mediocritate, seu
certa quadam moderatione, qua ab extremis
excessu & defectu recedunt.

8. Ac ut virtus excessu & defectu interit:
ita à mediocritate procreatur, augetur, con-
servatur.

Cap. 3.

9. Sed actiones, quibus virtutem acquiri-
mus, cum similes sint re ipsa iis, quæ à virtutis
habita proficiuntur, & per quas virtus jam
addepta



adepta exercetur: (quemadmodū enim à voluptatibus abstinentia fit temperans, ita temperans factus abstinet) tamen etiam differunt ab his: illæ enim conjunctam habent semper voluptatem solidam & sincerā, hæ verò non. Nondum temperans factus abstinet cum dolore, factus verò abstinet cum voluptate.

10. Tertiò magni refert ad virtutis habitum acquirendum, quibus voluptatibus ac doloribus quis jam inde à puero assuecat vel dolere vel gaudere.

11. In voluptatibus autem & doloribus moderandis virtus Ethica versatur: & hoc universale virtutum & vitiorum objectum est.

12. Contraveniat hic aliquis. Temperanter Cap. 4
agendo temperantes effici, inquis. At verisimile est eum qui temperanter agit, jam temperantem esse, & habitum perfectum possidere, non autem acquirere. Quemadmodum enim qui Grammaticorum officio funguntur, Grammatici sunt: sic qui temperantium munia obeunt, temperantes sunt. Eadem enim est ratio virtutum & artium.

13. Respondetur: qui Grammaticorum munere funguntur, Grammatici absolute non sunt dicendi, sed illi tantum, qui ex arte id præstant. Pari itaq; ratione non quivis qui temperantè agunt, temperantes illicè erunt, sed illi tantum, qui ex habitu temperantia operantur.

rantur, seu, ut temperantes solent, nimisrum scientes, volentes, & constantes.

14. Tria enim omnino requiruntur ad hoc, ut quid ex virtute geratur ab aliquo.

15. Primum ut sciens, deinde ut volens, tertio ut firmo & stabili animo agat,

16. Ex praecedentibus *πρέπει* est hoc: Cum crebris exercitiis, illicq; mediocribus, acquiratur virtus, absurdum est, quosdam egregiè de virtutibus disputare, nihil verè eorum, quæ noverunt, moribus exprimere,

17. Hi similes sunt ægrotis, qui diligenter medicos audiunt, ne tamen obtemperant,

18. Ut enim horum corpus minimè sanatur, ita nec animus eorum virtutibus exceptatur.

Cap. 3. 19. Hactenus de efficiente & objecto, nunc de essentia virtutis.

20. Virtus moralis est *έξις πραγματική*, ē *μετά την φύσην οὐκαν*, *ωνούμην λόγῳ καὶ ἀνθρώπῳ δεῖται*, est habitus electivus in ea mediocritate positus, quæ ad nos refertur, rectaq; prudentiae ratione est definita.

21. Virtutem esse *έξιν* probatur: Si virtus in animo est, vel est πάθος, vel σύναψις, vel *έξις*. At neq; πάθος neq; σύναψις, Relinquitur igitur esse *έξιν*.

22. Genus est *έξις*, id est, habitus. Et quidem est virtus habitus bonus, sed hæc differentia,

ferentia, cum non exprimatur, in efficiente & formaintelligitur.

23. Οὐ εἰσὶν λόγῳ, ἡ ὥστε ἀριθμοῦ δὲ οὐκέτε, dif. Cap. 6.
ferentia est ab efficiente causa sumpta.

24. Forma virtutis est mediocritas τοῦ μέσου, id est, ad nos relata.

25. Virtus scilicet est medii & perfecti in-dagatrix, & actiones ejus circa medium ver-santur.

26. Intellige autem primò medium duplex esse: Rei, & rationis, seu quod ad nos. Illud est καὶ ἀναλογίας καὶ μηδέποτε: hoc verò καὶ τὰ γε-ττεῖται.

27. Secundò: Medium hic dici respectu extremorum vitiosorum.

28. Hæc extrema autem considerantur vel in specie, vel in genere.

29. In specie, prout vel excedunt medium, vel ab eodem deficiunt. Hac igitur ratione in definitione dictum est, virtutem esse habi-tum, in mediocritate positum: In genere ve-rò, quoniam in eo convenienter, quod sunt vi-tiosæ, & eadem ratione virtuti adversantur. Ita virtus erit extremitas, hoc est, summum quid & perfectissimum: & contrà vitium in-simum quid & imperfectissimum.

30. Tertiò, quædam actiones & perturba-tiones, in quibus vitia & virtutes versantur (ut adulterium & inedia) medium non reci-piunt,

plunt, ut quæ per se malæ sunt.

31. Quædam recipiunt, ut quæ per se malæ non sunt, sed respectu circumstantiarum vel rectè vel secus fieri dicuntur.

32. Rectè quidem, si medium observetur, quoad nos.

33. Non rectè, si à medio aberrent.

Cap. 7.

34. Mediocritas hactenus in genere declarata est, nunc eadem in specie, hoc est, in singularis virtutibus ostenditur, sequente diazählen, quæ ostendit quamlibet virtutem ut medium inter duo extrema vitiosa confistere.

XXXV.

Ελλείψις.	μεσότης.	ὑπέρβολη.
φόβος	ἀνδρεῖα	δύρστη
metus, timi- ditas, ignavia	fortitudo.	audacia.
ἀναιδεία	τemperantia.	ἀκολασία
stupiditas.	liberalitas.	intemperantia.
ἀνελθεία	ἐλθετότης	Αστοία
illiberalitas.	prodigalitas.	
μικροπρέπεια μεγαλοπρέπεια	magnificentia.	ὕπεργαλαξία
parvifcentia.	nimius luxus, & pro- fusus largitio.	βαρανδία
μικροψυχία	μεγαλοψυχία	χαυνότης
parvus pulillusq;	magnitudo	elatio animi.
animus	animi.	
ἀφιλοτιμία	ὑρεξις τιμῆς δίκησις,	φιλοτιμία
contemptus honoris.	recta honoris cupiditas.	ambitio.

1082

<i>ἀργυρία</i>	<i>πράτης</i>	<i>ἀργιλότης</i>
irx vacuitas,	manufactudo.	iracondis.
<i>εἰρωνεία</i>	<i>ἀλήσεια</i>	<i>ἀλαζονεία</i>
dissimulatio.	veritas.	arrogantia.
<i>ἀργονία</i>	<i>ὑπέρπελεια</i>	<i>βαρολογία</i>
ruficitas.	urbanitas.	feuilitas.
<i>ἀναιρεστία</i>	<i>αἰδώς</i>	<i>κατέπληξις</i>
impudentia.	verecundia.	ruficus pudor.
<i>μοσχολία</i>	<i>φίλια</i>	<i>κολακεία</i>
morositas.	amicitia.	adulatio, assentatio.
<i>διπλοχερεύεια</i>	<i>Νέμεσις</i>	<i>φέος</i>
malevolentia.	indignatio.	invidia.
<i>ἐλατήρ</i>	<i>τοῦτο</i>	<i>πλέον</i>
minus.	aquale, iustitia.	plus.

Ex his autem proptie virtutes non sunt, sed animi affectiones: verecundia, Nemesis & amicitia.

36. Cæterum opponitur medium extre. Cap. 3
mis. Extrema verò & ipsi medio, & inter se.

37. Magis tamen extrema inter se pugnant, quācum virtutibus, ut prodigus opponitur & avaro & liberali, magis tamen illi, quācum huic.

38. Defectus aliquando magis quācum excessus pugnat cum medio, ut timiditas magis quācum audacia cum fortitudine.

39. Aliquando contrà, excessus magis quācum defectus, ut ἀκολασία seu intemperantia magis quācum nimia abstinentia cum temperantia pugnat.

40. Itaq.

Cap. 9.

40. Itaq; (consectarium enim è dictis hoc est, & tanquam corollarium) virtutis iter tenere, seu medium assequi, veluti circuli centrum invenire difficultimum est.

*etiamque ad iuris di-
ctum*

41. Satis dictum est, virtutem moralem esse mediocritatem, & quo modo sit: & quidem mediocritatem esse inter duo vitia, id est, nimium & parvum, eamq; talem esse propterea, quod indagatrix sit modi ejus, qui in actionibus & perturbationibus reperitur.

42. Praeceptis tamen sequentibus instructi, ad mediocritatem commodiùs pervenire, seu medium tenere possumus.

43. I. Longius discedendum ab extremo, quod cum virtute magis pugnat.

44. II. Considerandum, ad quæ vitia magis simus proclives, ut in contrarium vitium plus declinemus: sicut & curva ligna fiunt recta, si in oppositam partem flecantur.

45. III. Voluptates in primis moderari, aut etiam iis nuncium remittere oportet. Quemadmodum Antenor, & reliqui Seniores Trojani Helenam, quamvis pulcherrimam, judicabant domum esse remittendam, seu Græcis reddendam.

DISPUTATIO III.

DE ACTIONIBVS VOLVNTARIIS & INVOLUNTARIIS.

EXPLI-

Expli-
cavit
differ-
tibus, ne
procur-
ingenera-
tore ver-
incoatur
teremus
1. Ge-
ny (vo-
(invol-
3. I-
denti-
4. fe-
qu-
cedit
patie-
tur. I-
traha-
atas
3. in-
inv-
elop-
aut. d-
feob-
aurip-
redim-
nauf-

Explicato' potissimum genere & forma virtutis: deinceps tertii libri priore parte, differentia generica, seu particula definitionis, *περιουσίας*, (electivum) declaratur; & per *ἀνατολάδων* succinctam repetuntur, quæ in genere eousq; de virtute dicta sunt. Posteriorre vero parte specierum virtutis explicatio incoatur. Nos, hac relicta aliis, de priore disseremus.

2. Genus *περιουσίας*, id est, electionis *ἐκλη-*
σησης (voluntarium,) quid sit, è contrario *ἀνατολάδων*
(involuntario) cognoscitur.

3. Involuntarium est, quod vi aut imprudentia fit.

4. Blauo seu ῥῆ βίᾳ γιρβανον, id est, violentum, seu quod fit vi, est cuius causa extrinsecus accedit ita, ut ad eam nihil conferat agens aut patiens: ut si navis ad scopulos ventis impellatur. Item: Si quis manibus pedibusq; ligatum trahat, quemadmodum martyres quosdam ad aras idolorum gestatos fuisse legimus.

5. Ατοέια hīc oritur: Sintrē voluntariæ, an involuntariæ, seu violentæ actiones, quæ διὰ
φόβον τακτῶν μετίζονται, (metu majorū malorum,) aut διὰ ταλόνη (honesti causa) fiunt: ut: Si quis se objiciat periculo ad liberos suos tuendos; aut promittat latroni mille aureos, ut vitam redimat: aut bona sua ejiciat in mare, ut vitet naufragium.

B.

6. Re-

6. Respondetur, esse mixtas seu medias, sed voluntariis similiores, seu esse secundum quid, non simpliciter voluntarias; & quidem magis voluntarias, quam involuntarias, & violentas.

7. Ita *βίας*, id est, violentum, vel absolute est, quod definitius, cuius principium extra agentem est, vel patientem, ita ut is nihil ad id conferat; vel secundum quid, quod sit via externa, seu necessitate impellente ira, ut, proportione praesentis temporis, *αἰσθάνεται*, id est, eligibile sit, voluntate hoc potius, quam illa diligenter.

8. Cum τῷ ἔκποστῳ adjuncta sit laus vel virtus peratio: τῷ αὐτοῦ verò comiteretur venia & misericordia, laudenturne mixtae an vituperentur, in quaestione venit.

9. Respond. Mixtae actiones vel passiones, si spectetur electio, propter hanc, modò laudem merentur (ut cum propter majus bonū, minus malū fecisti, aut passus es:) Modò virtus peritum: si propter minus bonū, majus malum feceris vel pertuleris. Si necessitas ipsa consideretur, propter hanc, modò merentur veniam; ut si quid turpe feceris, (exempli causa, cum falsum confessus sis) tormentis coactus: Modò nullam: si quid extreme turpe perpetraveris, cum potius mors oppetenda, quam tale quid committendum sit.

16. Quæ-

10. Quæritur præterea: sintne violenta facta dicenda, quæ sunt propter voluptatem.
11. Respon. autem est, esse voluntatia seu spontanea.
12. Actiones dicitur, id est, involuntarii per ignorantiam est, cuius principium est ignoratio singularum rerum; ut circumstantiarum maximè principalium; comes vero penitentia. Hic invitus, id est, invitatus, fecit agens.
13. Quando vero facti penitudo non sequitur: actio per ignorantiam, unde ignoratio (non voluntaria) appellatur. Hic unus, non volens, agens fecit, respectu voluntatis precedentis: Respectu vero subsequentis unus invitus, id est, non invitatus.
14. Differunt autem ignorantem agere, & propter seu per ignorantiam agere.
15. Ignorans agit, qui vel affectu aliquo, sive is sit animi (ut ira, invidia) sive corporis, (ut morbus, ebrietatis) perturbatus, vel habitu vitiioso inductus agit mala. Ignorans peccat, iratus, maniacus, ebrius, improbus. Iratus per iram: maniacus per maniam: ebrius per ebrietatem: improbus per improbitatem. Nullus autem horum per ignorantiam. Id est, ebrietatis, iræ, maniæ, improbitatis, adjunctum, seu comes est ignorantia, non causa.
16. Cum vero dicitur aliquis per ignorantiam agere, ignorantia est facti causa.

17. Ex his intelligitur (siquidem contrariorum sunt contrariae definitiones) quid sit voluntarium seu spontaneum , videlicet id , cuius principium est in scientia singularia , in quibus actio versatur , id est , in quo concurrunt intellectus & libera voluntas .

18. Id principium internum est ratio vel appetitus .

19. Facta igitur , quae dicitur *Supradicta* sunt , id est , per iram , vel cupiditatem , non sunt proprietas *anomalia* & violentia , sed *irregularia* .

Cap. 2. 20. Exposito *irregulari* : sequitur de ipsa *regulari* seu electione .

21. Hæc neque est *Supradicta* cupiditas , neque *Supradicta* , ira , neque *Regularis* voluntas , neque *Supradicta* opinio .

22. Sed est *irregularis regularis* voluntas , voluntarium præcedente deliberatione : sic & *regularis* definitur : cuius notatio est *Supradicta* , id est , præ aliis electum .

Cap. 3. 23. Hinc queritur de materia subjecta deliberationi seu consultationi & electioni . Utrum in deliberationem cadant omnia , an de quibusdam non capiatur consilium ? Utrum electione sit omnium assertorum ?

24. Non cadunt in deliberationem : De quibus stultus vel insanus deliberat : Aeterna & quæ semper eodem modo eveniunt : Quæ alias aliter eveniunt in natura : quo in genero sunt

sunt siccitates & imbræ: Fortuitæ: qualis est inventio thesauri: Quæ per nos fieri nequeunt: Artes & scientiæ, quæ sunt seipſis contentæ: Fines certò definiti: Singularia, seu quæ sensuum judicio subjiciuntur.

25. Contrà in deliberationem cadunt: De quibus solent, qui sana mente sunt, consultare: Quæ sunt in nostra potestate, seu à nobis fieri possunt, non semper eodem modo: Ut quæ ab artibus minus certis profiscuntur: Item ea, quæ ad fines pertinent, atque conducent; & quæ sub rationis examen cadunt.

26. Porrò et si *þyλd̄r̄v*, id est, quod deliberatur: & *þeþaþer̄d̄v*, id est, quod eligitur, generē *þeþaþer̄d̄v* conveniunt: tamen differunt ut confusum & distinctum, definitum & indefinitum, perfectum & imperfectum.

27. *þyλd̄r̄v* est id, de quo consilium capitut: *þeþaþer̄d̄v* de quo consilium captum est; Seu quod post deliberationem aliis præferimus.

28. Itaque *þyλd̄r̄s* prior, *þeþaþer̄s* posterior est.

29. Electio igitur est appetitio eorum, quæ sunt in nostra potestate, cùm antegressa est deliberatio.

30. Quæritur porrò, voluntati & delibera- Cap. 4
tioni quis propositus sit finis?

31. Respondet. Finis, quem cupimus as-
sequi, per se simpliciter & verè bonum esse

diciq; potest. Respectu autem nostri, quid eo judicamus, non simpliciter, sed opinione nostra bonum est.

32. Sed observato interim hoc discrimine: Viri boni id, quod verè bonum est, bonum etiam opinantur. Mali verò propter vitiosum habitum id, quod malum est, bonum esse credunt.

Cap. 5.

33. Quæritur ultimè de iis, quæ ad finem tendunt, id est, actionibus virtutum & vitiorum, an hæ sunt ~~accusatae~~?

34. Concluditur esse eas in nostra potestate; earum principia in nobis sita, videlicet iudicium & voluntatem, hoc est, nos volentes vel bonos vel malos esse.

35. Reliquum est ~~nequa~~. Quomodo, seu quo discrimine, in & habitibus & actionibus spontaneum reperiatur.

36. Respondeatur: Actiones sunt spontaneæ, seu voluntariæ, quia à principio ad finem usq; ad hūm, id est, in nostra potestate sunt. Habitus verò sunt spontanei, quia illorum principium tantum est in nostra potestate.

37. Hactenus de iis, quæ communia sunt virtutum omnium: consequens nunc est, ut de virtute in specie agatur.

DISPUTATIO IIII.
DE FORTITUDINE.

Expli-

EXPLICATIONEM virtutis Ethicæ gene- Cap. 6.7.8.9.
ralem sequitur specialis & distinctior.

2. Virtus Ethica aut refertur ad habentem, cuius animum perficit; aut alios in communi vita respicit.
3. Quæ refertur ad habentem, versatur circa ea objecta, quæ in recipiente possunt vel excitare φόβον aut σάρπισον, id est, timorem aut confidentiam: vel parere voluptatem aut dolorum.
4. Prior illa dicitur *Fortitudo*.
5. Φόβος est terror, qui in animo interius ex objecto formidabili excitatur, seu est expectatio mali, ut σάρπισος est confidentia à σάρπισεσι, id est, iis, quæ nos faciunt confidere, excitata.
6. Φόβεσσι autem, id est, formidabile, est, quicquid est malum, ut infamia, paupertas, morbus, solitudo, vulnera.
7. Fortitudo autem versatur præcipue circa ea terribilia, seu mala, quæ omnium sunt gravissima & maxima, ut est mors.
8. Ac quidem non circa quamlibet mortem versatur, sed pulcherrimam & honestissimam, qualis est, quæ pro patria appetitur, quæ honestissima premia consequitur.
9. Cum igitur quis naufragio in mari, vel morbo in lecto perit, circa hoc genus mortis fortitudo propriè non versatur, et si vir fortis,

B 4 tis.

tis, cùm sibi ita moriendum videt, quod fati ferunt, magno prætentiq; animo sustinet.

10. Cæterum ~~q̄oēḡ~~ duplia sunt, quædam ~~ἐπέριττων~~, id est, tanta, ut animi humani constantiam superent, omnesq; terreat, ut terræmotus, fulmina: Quædam vero ~~ἐπέριττων~~, id est, talia, ut ab homine sustineri possint, qua aliis quidem leviora, aliis graviora videntur. In quibus quidem posterioribus vir fortis manere suo fungitur.

Formæ &
finis.

Extrema.

11. Qui quidem pericula metuit, honesta tamen subit ac perfert, quando, ubi, & quemadmodum oportet ex rectæ rationis præscripto, ut modum non excedat, idq; honestatis causa.

12. Qui contrà in periculis modum excedit, aut metuendo deficit, ac proflus non terretur, qui dici posset ~~ἀρετή~~ & insanus, aut confidendo modum excedit, qui audax dicitur: qui licet præ se ferat aliquam fortitudinem, & ad prima pericula satis viriliter gestiat: etiamen si creverint sustinere non audet.

13. Qui vero in periculis constitutus confidendo deficit, metuendo autem modum excedit, timidus dicitur.

14. Timidus (ut conferamus fortitudinem cum vitiis) omni ferè spe destitutus est, cùm omnia metuat: fortis vero bona spe plenus est, cùm ubiq; pro ratione confidat.

15. Audax

15. Audax præcepſ est ante periculum, ac in periculo tardus: fortis verò & ante periculum & in periculo est alacris, constans & acer.

16. Vitia denique, ut & hæc inter ſe confeſſamus ēr τοῖς φόβοῖς, ſive ēr τοῖς λύπαις, qua ab iſtis inferuntur, longè ſunt evidentiora (five excedant five deficiant) quam ēr τοῖς διάρ-
φαλέοις.

17. Fortitudo igitur eſt virtus, qua servat eam mediocritatem inter pavores & audaciaim, quam recta ratio præſcripſit. Seu: eſt mediocritas circa ea, quæ in extremis, ut bellicis periculis, aut fiduciam, aut metum afferrunt, quæ ipſa ſubit & perfert.

18. Ex præcedentibus patet, eos, qui ſibi ipſis conciſcunt mortem, non eſſe fortes, ſed timidos. Moriuntur enim non ob honestatem, ſed ex animi mollitie, quia moleſtiam aliquam devorare & percoquere non poſſunt.

19. Cæterū multos invenias, qui in bellis pericula ſubeunt, eoq; nomine fortes habentur, ſed verè fortes non ſunt.

20. In his primò ſunt, qui excitantur ad ſubeunda pericula præmiis & pœnis lege de-
cretis.

21. Secundò, qui adeunt pericula, quod ex perientiam habeant rei militaris, & armorum uſu valeant. Hi primis ſunt deteriores & in-

B 5 feriores.

Quinq; ſpo-
cies nom
veræ forta-
tudinis.

D I S P U T A T I O N E S

26. **feriores.** Milites igitur mercenarii non sunt
verè fortis.

22. **Tertid,** qui in prælia extruduntur ab ira
& cupiditate.

23. **Quartò,** qui ~~cognoscit~~, id est, bona spe
ad subeunda pericula incitantur, ut solent ii,
qui aliquoties permultos vicerunt, ideoque
confidunt se denud fore superiores.

24. **Quintò,** qui ignorant periculi magnitudinem,
ut si qui existimenter pugnatos cum
hostibus ac copiis apparatu inferioribus, &
iccirco fidentiam animo sint prædicti, quos qui-
dem minime omnium fortis dixerimus.

25. **Ad extremum.** Cùm objectum fortitudinis sit duplex, videlicet, $\tau\bar{\alpha}$ $\delta\alpha\beta\rho\alpha\lambda\epsilon\alpha$ χ , $\tau\bar{\alpha}$ $\phi\circ\epsilon\circ\alpha$, ea magis tamen circa terribilia, quam
circa ea, quæ fiduciam afferunt, exercetur.

An fortitu- 26. Hinc oritur quæstio: Si fortitudo cir-
do sit virtus **ca** $\tau\bar{\alpha}$ $\phi\circ\epsilon\circ\alpha$ potissimum occupatur, non ju-
injucanda? cunda, sed molestia & doloris plena erit.
Atqui putabam omni virtuti esse comitem
volupratem.

27. **Responsio est:** Si finem spectes fortitudinis, actiones iucundæ sunt. Si consideres
ea, quæ ad finem pertinent, tantis abundat
molestia, ut, quicquid in fine est voluptatis, à
dolore præcedente videatur obscurari ac pro-
pè dñi: Sunt enim suscipienda vulnera, &
vita cum morte commutanda.

28. Et

28. Et sane vir fortis mortem timet, & quidem eò gravius fert, quod pluribus & majoribus bonis scit se ornatum, quibus per mortem exiuntur, quoniam illi, qui non sunt vere fortis, neq; virtutibus excellunt, mortem non valde perhorrescant; & minus moleste ferunt, cum nullis bonis se privari sciant. Atq; haec causa est, cur milites mercenarii, et si minus fortes sint, tamen boni sint milites.

29. Cum autem propter mortem & vulnervir fortis etiam doleat, tamen fortitudine est praeditus, imo quod magis dolet, & gravius fert, ed fortior habendus est, cum constantissimè perforat.

DISPUTATIO V.

DE TEMPERANTIA.

Fortitudinem, quae est in virtute animi ³⁰⁻
modi, sequuntur virtutes, quae versantur in
iis subjectis, que voluptatem pariunt, do- ^{Cap. 10.}
lorentve, vel in corpore, vel in animo.

2. In voluptatum corporis moderatione cernitur temperantia, de hac presenti disputatione nobis agere opus est.
3. Temperantia est ^{meum mei natus} id est, ²⁶⁻
moderatio, id est, mediocritas circa voluptatem &
dolorem eum, qui ex rei jucundæ privatione
existit.

4. Non

4. Non autem versatur hæc virtus circa quaslibet voluptates.
5. Sciendum itaq; est voluptates esse luxurias, vel covarierias.
6. Circa luxurias, id est, animi voluptates, ut, quæ percipiuntur ex honoribus, aut doctrina, ex conversatione, & colloquio hominum, ex acquisitione opum, & amicorum prosperitate, non versatur, sed circa covarierias, (corporeas) seu ales, non autem eas omnes, sed aliquas.
7. Non enim occupatur circa eas, quæ percipiuntur ex visu, auditu, olfactu, nisi per accidentem tantum.
8. Sed circa eas, quæ percipiuntur ex gustu, & tactu, quæ nobis cum brutis sunt communes.
9. Circa illas autem minus principaliter, & secundariè, circa has vero principaliter, & primariè: nec tamen quaslibet, sed eas tantum, quas tactu duarum partium corporis percipimus, nempe, lingua, gutturali, & pudendorum, id est, circa voluptates eduliorum, & potuum, & venereorum.
10. Harum voluptatum cupiditates quedam communes sunt, quedam propriæ: communes sunt, quibus omnes tenemur naturæ instinctu, itaq; naturales dici possunt, qualis est appetitus cibi, potus, & venerialis.

11. Pro-

11. Propriæ sunt, quæ privata consuetudine parantur, ideoq; dici possunt ascititiae, ut cupiditas certi cibi, vel potus, certæq; Veneris.
12. In prioribus quidem pauci peccant, ac in uno tantum, eo nimirum, quod est nimiū. Hi dicuntur *gastimurges*, quia ventri ad insaniam usq; indulge: Lurcones, comedones, heluones, ventres: (*Aōr̄as*, id est, profulos seu effusos, qui dicuntur ab *α& οὐχίν*, quod nihil sibi servent, liberalibus opponimus.)
13. In posterioribus verò peccatur varie à multis, ideoq; circa eas maximè propriè temperantia suo munere fungitur.
14. O *avalantō*, seu stupidus verò voluptates universas, tām honestas, quām turpes, tām salubres, quām noxias, quasi surdis auribus præterit.
15. Cūm autem voluptas vitæ humanæ penitus sit insita, talis admodum rarus est, & si præter omnem rationem hoc faciat, saxum potius, vel truncus erit, quām homo, si verò cum ratione, potius Deus aliquis erit, quām homo. Huc pertinet versiculus:

Aut Deus est, aut truncus iners, qui nescit amare.

16. Contrà in talibus mores temperantis sunt, quod turpibus, quibus intemperans ad eō capit, non modò non gaudet, sed etiam offenditur, honestis verò ita fruitur, ut circumstantiarum habeat rationem, siq; illis ca-

reto

rere oporteat, non admodum curet, in primis autem concupiscit, quæ ad corporis sanitatem & robur congruunt: inter reliquas voluptates, quæ mediæ sunt, id est, honestæ, eas appetendo rectè, moderate persequitur: turpes verò appetendo non rectè, ita persequitur, ne honestis voluptatibus impedimentum aliquod afferant, nec rem familiarem, nec valitudinem, nec conscientiam lədant.

17. Reliquæ sunt tres quæstiones: Prima, quomodo proprium objectum temperantia possit esse dolor voluptati oppositus, cùm fortitudo etiam circa dolorem versetur: nō cōlēcē enim sunt λύπης, id est, quæ metum incutunt, afferunt dolorem: Altera, utrum intemperans magis spontè agat, quam timidus. Cui annexa est hæc: utrum turpius vitiū sit intemperantia, an timiditas? Ultima quæstio est de nomine ἀκολασίας, cui convenienter propriè, cui tropicè.

18. De prima respondet: & fortitudo & temperantia versatur circa λύπας (dolores) diversa ratione; fortitudo quidem, quoniam in illis non despondebit animum: timiditas, quoniam ne expectationem quidem dolorum feret, tantum abest, ut perficerat præsentes: temperantia verò circa dolores versatur, quantum afficiunt corpus, & quantum illa volupratum absentiam vel contemnit omnino;

vel

vel ea non movetur ultra honestatis limites: intemperantia vero, quia obblentiam voluntatum magis, quam decet, constitutatur.

19. De secunda respondetur, intemperantiam esse magis voluntariam, quam timiditatem, itaque turpius vitium esse.

20. De ultima respondetur videri propriè convenire perversitati puerorum male educatorum, quod castigatio, quæ adhuc bona fuerat, in illis sit neglecta. Tropicè igitur convenit in intemperantiam.

21. Ac non minus, quam puer, nostra cupiditas à ratione castiganda est.

DISPUTATIO VI.

DE LIBERALITATE ET MAGNIFICENTIA.

AD HUC de duabus virtutibus Ethicis, Cap. 11.

Fortitudine & Temperantia, disputatum est: quatum illa versatur circa ea objecta quæ confidentiam aut timorem excitare possunt est. animi vis: hæc vero circa ea quæ voluptatem dolorēmve patiunt in corpore: proximum est ut de iis virtutibus differatur, quæ verlantur in iis objectis quæ voluptatem dolorēmve patiunt in animo.

2. Tria autem sunt objecta, pecuniae, honores, conversatio: pecuniae quidem vel parvæ aut certè mediocres, vel magnæ.

DISPUTATIONES

32 In illis quidem versatur liberalitas, virtus
quæ mediocritatem tenet in dandis accipien-
disq; pecunias.

4. Nomine *χειράτων*, seu pecuniae intelli-
guntur omnia ea quæ estimantur nummo, ut
funt agri, metalla, pecora, domus. Operæ et-
iam sunt loco pecuniae.

5. In pecuniis ratio habetur tum *χειρας*, id
est, usus, qui positus ē *δωρόν*, id est, sumpu,
& *δώρον*, id est, largitione: tum *χέιρας*, id est,
possessionis, quæ consistit ē *κλήροι*, id est, ac-
ceptione eorum, quæ non habes, & *φυλακή*,
id est, custodia eorum quæ habes.

6. Liberalitas autem magis versatur & cer-
nitur in *χειρας* quam *χέιρας*, id est, in dādis quam
accipiendis pecunias.

7. Quod autem ad *χειραν* attinet, dabit libe-
rallis, & sumptus faciet honestatis gratia.

Quibus,
quantum
quando,
quomodo,
ubi dare o-
porteat.
Corollarium.

8. Et quidem recte dabit diligenter omni-
bus circumstantiis perpensis.

9. Deniq; dabit cum voluptate.
10. Itaq; qui neq; honesti causa dat, neq;
potreat. recte neq; cum voluptate, non dicatur libe-
ralis.

Hinc vulgo 11. Quod ad *χειραν* attinet, si *λαζα* speces, ac-
dicitur: bo-
cipiet unde oportet, scilicet ex suis bonis, eo-
ius Servati-
us præstare
potest se Bo-
nificium, rumq; fructibus (*de telargitor puer*) non peret
nec procax erit: si *φυλακή* speces, tūm pe-
cunias suas curabit tanquam instrumenta be-
neficen-

neficentia: tum verò in dando modum ita sup-
perabit, ut sibi ferè pauciora relinquere vi-
deatur. (Hinc intelligitur liberalitati servire
Parfimoniam seu frugalitatē: quæ virtus pro-
prias res custodit & utiliter collocat.)

12. Ques̄tiones hinc oriuntur quatuor: duæ
priores ad ξενον, & totidem posteriores ad
ξενον respicientes.

13. Prima est: An qui multa dat liberalior Unde magis
sit eo qui pauca dat? Resp. Interdum qui dat commen-
pauca liberalior est eo, qui dat multa, cùm datur à
seu erogatio non ex quantitate eorum Christo ēgea
quæ dantur, sed habitu dantis estimanda sit. na vidua.
que duo

14. Secunda est: An qui divitias labore suo minuta æra
pepererunt, sint iis liberaliores, qui ab aliis in gæzophy-
partas acquisiverunt, ute pote donatione vel lacium injec-
hæreditate? Resp. Il qui ab aliis acceperunt cit, quām
sunt liberaliores, cùm eis non constiterint su omnes Sc̄ria
dore, & fortè paupertatem non sint experti. bæ & Pharia
sæi, qui arta

15. Tertia: An liberalis possit evadere dives? pla deder-
Resp. Liberalis dives fieri nequit, cùm non runt mitis
adhibeat diligentiam ut sit pecuniosus. nera,

16. Quarta: An liberalis quibuslibet ero-
get? Resp. Liberalis habet rationem personæ
rum, quibus largiatur, nec in quosvis est be-
neficiis, nec quolibet tempore & loco, alio-
quin erit ἀστό, id est, prodigus, suas nimia-
rum res absumendo.

17. Hinc incidit alia ques̄tio, an reges ap-
pellandi

pellandi sint prodigi seu *ἀνωτοι*, cùm modum excedunt? Resp. *Βάρανοι* potius appellandi erunt quām *ἀνωτοι*. Nam *ἀνωτοι* ii dicuntur, qui nimiis largitionibus rem suam familiarem absument. Regum verò copia & opes, quas maximas habent, non possunt illis largitionibus & sumptibus exhausti.

18. Sed ut ad liberalitatis adjunctum redeamus: primùm liberalis non tantùm ex *δόσει*, sed etiam *λήξει* voluptatem percipit, ex illa quidem primò & per se, ex hac verò per accidens & propter aliud.

19. Deinde dolorem percipit ex contrario, nimirum ex *δόσει* indecenti: itaq; *ἄγρε* fert si sumptus vel inutilis factus sit: quo ipso differt à prodigo: vel utilis factus non sit, quo ipso differt ab illiberali. Qui magis pugnat cum liberali, quām prodigus.

Consecta-
tium
20. Itaq; posterior hic dolor longè gravior est priori.

21. Porrò cùm liberalitas mediocritatem observet, inter extrema eam servet necesse est: ea sunt *ἀνωτα* profusio, & *ἀνωτα* il-liberalitas: quæ in actionibus vitiiosis cernuntur.

22. Actiones hæ considerantur absolute vel respectu medii.

23. Priore consideratione, aliæ sunt *ὑπερ-*
εάλλας, id est, excedentes, quibus *τὸ πλέον*, id est,

est, nimium apponitur: aliæ sunt ἔλλειπσεις, id est, deficientes, quibus τὸ έλάτλον, id est, minus quam decet additur.

24. Posteriore verò aliæ sunt primariæ, aliæ secundariæ: primariæ sunt, à quibus fit denominatio, ita ut vitium in excessu vel defectu dicatur.

25. Secundariæ sunt quæ primarias sequuntur per accidens, (hinc est, quod cum αὐτή vitium dicatur, tamen quoque in defectu videatur & dicatur peccare.)

26. Αὐτός (qui seipsum conservare nequit,) id est, prodigi primariæ actiones sunt, modum excedere tum in dando tum in non accipiendo: secundaria est, minus quam decet accipere: hæc propriè ad ὑποβολὴν reducitur.

27. Sic illiberalis actio primaria est minus quam decet dare: secundaria est plus quam oportet accipere: hæc propriè ad primariam ἔλλειψιν reducitur.

28. Αὐτή duplex est: una simplex, & in suo genere perfecta, quæ in dando excedit, & accipiendo deficit. Hæc rara est, neq; diu durare potest: & ἀντίστητus est potius quam improbus: ac multò melior quam illiberalis. Altera mixta & imperfecta, quæ composita est ex αὐτίαις, plus dando, & ex illiberalitate, plus accipiendo. Itaq; unicam tantum habet

36 DISPUTATIONES

conditionem Asotiae, quod nimis omnibus absq; delectu dat.

29. Quia autem ascti seu prodigi citius benefecerint voluptatum ministris quam viris probis, plerunq; etiam sunt intemperantes.

30. Illiberalitas incurabilis est, hoc est, difficilem curationem admittit: Itaq; longe deterior est asotia seu prodigalitate.

31. Species ejus sunt duæ, una simplex, altera composita. Simplex & perfecta est, cum actiones infra modum date & supra modum accipere conjunctæ sunt: Composita vero seu non integra, cum actiones divelluntur. Illiberalitatis compositæ non est una species, alii enim dant infra modum, nec tamen accipiunt supra modum.

32. Hi quatentis non dant, vocantur *γλιξεῖ* (quod eorum manibus pecunia, ut glutino & vilco adhaerescat) tenaces, aridi, & lordidi.

33. Quatenus non accipiunt cum liberalibus videntur convenire, sed ipso fine differt. Liberales enim honestatis causa non accipiunt, illiberales vero propter alias causas: vel propter æquitatem & bonitatem quandam, ne muneribus, quæ ab aliis offeruntur, corrupti, turpe quid in alterius gratiam cogantur facere. Hunc enim praetextum avaritiae suæ faciunt, non dare se, ne accipere aliquando in honeste cogantur. (Talis est cumi-
nilector)

nſſector;) Vel propter metum, ne ſi violenter alienas res rapuerint, ipsorum quoq; bonaꝝ potentiori diripientur.

34. Alii vero accipiunt ſupra modum omnia & à quibusvis,

35. Hi omnes conveniunt in *aigzoxopdīz*: (amore turpis luci) propter lucrum enim non reformidant ſubire maximum dedecus.

36. Speciatim vero quæſtum faciunt & accipiunt unde non oportet, cum hominibus conuersantes, & contrahentes, ſeu habentes *avalladuam*, (contractus) quæ ſunt *invicta* vel *anicta*, id est, voluntaria vel involuntaria,

37. In *invictis* illiberales quæſtum turpem faciunt intercedente vel arte folidia, quales ſunt, bajuli, carniſices, vefpillones: vel opera impudica, quales ſunt meretrices, lenones, proditores: vel re aliqua per quam quæſtus fit, ut forte parva, unde foeneratores magnum lucrum & uſuram capiunt: ut fruſtis, pomis: unde adulatores & heredipetæ magnum aliquid captant; & aliis parvis donis quæ quis dat, ut magna accipiat, quæ non eſt beneficentia, ſed beneficij foeneratio: aut quibus aliquis allectus ingens facinus committit.

38. Anicta ſunt vel *alegia*, (clandestina) ut furtum, alea, dolus malus: aut *biaia*, id eſt, violenta, ut latrocinia. Ex his quæſtus ſunt illiberales.

39. Ad extremum ex dictis patet illiberalitatem cum medio, id est, liberalitate magis pugnare, quam ipsam profusionem: id quod vox etiam ~~avet ad~~ ~~de~~ indicat.

Cap. 2.

40. Hactenus de Liberalitate: sequitur de huic cognata, quae versatur circa pecunias magnas, videlicet Magnificentia.

41. Species enim ejus esse videtur, cum magnificus omnis sit liberalis, non tamen omnis liberalis magnificus.

42. Quid differat à liberalitate ostendunt tum notatio & definitio ejus: tum extrema.

43. Notatio: ~~τοι μεγαλοπρέπεια διπάνη πέτε-~~
~~ρα εἰς μεγέθει.~~

44. En ~~μεγέθει~~ seu magnitudine perpendenda est primum res, seu opus ipsum, in quo sumptus confertur: secundò circumstantie, ut personæ sumptus facientes, locus, tempus, modus.

45. Definitio rei est: Magnificentia est ~~μεγάλη διπάνης χρημάτων περιέξεις~~, id est, virtus que in sumptu magnitudine servat decorum.

46. Facit autem magnificus sumptus prolixè honestatis causa.

47. Et ex honestis magnificisq; actionibus summa percepit voluptatem.

48. Convenit cum liberali, quatenus observat ~~μεσοτητα~~: differt ab eo, quatenus majores & ampliores sumptus facit.

49. Quid

49. Quid si æqualem liberali sumptum faciat? Respondeatur: et si in sumptu conveniat, differt tamen opere ipso, quia pari impensa opus splendidius efficit.

50. Magnificentia igitur quædam est in sumptu, quædam in opere ipso.

51. Δεκατία seu ampli & honorati sumptus sunt vel publici vel privati: publici impenduntur in res sacras vel prophanas. In illis maximè elucet magnificentia. Decorum autem hic observari debet, ut non tantum quid fiat, sed à quo fiat, perpendatur, qualis quisq; dignitatis sit aut census.

52. Ille igitur magnificus est, qui sumptus decorè potest facere, ut qui excellit opibus vel generis splendore.

53. Non verò magnificus est pauper, cùm non habeat, unde sumptus convenienter facere queat.

54. Privati sumptus fiunt vel in iis, quæ semel tantum fiunt, ut in nuptiis: vel in iis, in quibus tota civitas vel principes ejus occupantur, ut in diebus festis & in encœniis, vel in hospitibus recipiendis & dimittendis, vel in domibus extruendis.

55. Hic spectanda est tum gloria tum decorum.

56. Hoc petendum est primùm à personis, tum sumptus facientium, tum eorum quo-

rum gratia sumptus sunt: secundò à tempore & loco: tertio, à rebus ipsis seu operibus, quae sunt publica vel privata. Hic si spectemus sumptum, illa actio erit splendidior cuius sumptus excellit, vel quantitate, vel qualitate & precio.

57. Si spectemus opus illud, erit magnificentium, quod in suo genere est pulcherrimum & maximum.

58. Vitia opposita magnificentiae sunt *avaricia & impropria*.

59. *Aπορετος* dicitur qui in rebus parvi momenti sumptus adhibet magnos, splendoremq; ineptè ostentat,

60. *Μηροπετης* contrà est, qui cùm magnos sumptus sustinuerit, sèpè in exiguo decorum perdit, sumptusq; omnes cunctanter facit (subinde spectans, ut quàm minimum expendat) & semper arbitratur se plus expenditure quàm expendendum erat.

61. Sed extrema magnificentiae vitia, turpitudinis & dedecoris notā subeunt? Respondeatur negatè, quod nec proximis noceant, nec insignem habeant deformitatem (etsi interim respectu medii sui, à quo excidere, vituperanda sunt. Si enim virtutis comes laus est, vitii comes erit vituperium.)

COROLLARIUM.

Quæritur: An dare & accipere sint necessaria?

secundo attempo
plus seu operositas.
Hic si peti-
tum splendidior
etiam tamen, vello
recusat. Sic multis à Deo offertur gratia & fa-
lalus, quæ tamen iis non confertur, seu ab iis
non accipitur.

DISPUTATIO VII.
DE MAGNANIMITATE ET
modestia.

CUM proximè disputatum sit de Liberali-
tate & Magnificentia: consequens nunc
est, ut de Magnanimitate & Modestia
placide conferamus.

2. Quæ quidem virtutes in honoribus ex-
petendis fugiendisq; versantur: illa quidē in
magnis, hæc vero in parvis aut mediocribus.
3. Magnanimus est, qui cum magnis sit di-
gnus, magnis se dignum judicat.
4. Objectum ejus aut est primarium, aut se-
cundarium,
5. Primarium & proprium est honor, o-
mnium extenorū bonorum præstantissi-
mum: Et ei opposita ignominia: Ubi hono-
res magnos delatos à bonis, latus suscipiet;
à malis respuet: Ignominiam verò, quæ à ma-
le feriatis quibusdam ei intentatur, asperna-
bitur.
6. Bonum propter quod externo honore
dignus

C 5

dignus est, est virtus, qua universa ferè est præditus.

7. Fungitur enim viri fortis munere, exercet liberalitatem, modestiam, humanitatem, candorem, veritatem, mansuetudinem, & mores suos ita componit, ut in omnibus gravitatem suam tueatur, quæ actiones speciatim ab Aristotele enumerantur & explicantur.

8. Magnanimitas igitur est ornamentum virtutum, & difficilis est repertu.

9. Secundarium & quodammodo impro prium objectum magnanimi sunt ea bona exter na, quæ non sunt maxima, ut divisio, magistratus, omnia deniq; *εὐτύχια*; quæ qui dem conferunt ad magnanimitatem seu hu jus actiones promtius obeundas.

10. Hic magnanimus moderationem ser vat respectu honoris, propter quem reliqua expeti solent, ut rebus secundis nimia lætitia non efficeretur, adversis vero nimio metore non deficiatur.

11. Magnanimus igitur summus est, respe ctu honoris & meriti magnitudine: medius interim est respectu extremorum, quæ ei opponuntur.

12. *Μεγαλοφύχη* opponitur in defectu μητρό φύξεων, qui in hononibus promeritis parvo est animo: In excessu vero *χαῦρος*, id est, elatus & inflatus, qui majores honores quam mereatur appetit.

13. Uterq;

13. Uterq; seipsum ignorat, $\chi\alpha\nu\nu\circ$ quidem majorē se esse quām est; Μικρότυρος verò minorē falsō existimat. Ille planè stolidus est, hic verò potius ignavus quām stolidus; Et insuper $\chi\alpha\nu\nu\circ$ exest animi impotentia, ut vi- tium suum non possit celare, sed actionibus insolentibus id omnibus planum faciat.

14. Μικρότυρος cum μεγαλοτύρος magis pu- gnat quām stolida elatio.

15. Altera virtus, quæ Aristoteli est $\alpha\gamma\omega\nu\nu\mu\circ$, id est, caret proprio nomine; sed per translationem dicitur Modestia. Est virtus qua mediocres honores, unde, quomodo, quando, & quantum oportet experimus.

16. Hæc Liberalitati est proportionalis, id est, Ut se habet Liberalitas ad Magnificentia; Ita se habet modestia ad magnanimitatem.

17. Extrema consideratione digna sunt, φιλο- λογία seu Ambitio, id est, nimia honoris cu- piditas, & Αφιλοπομία, id est, contemptus ho- noris, qui ne ex honestis quidem rebus sibi honorem vendicat.

18. Fit tamen aliquando ut ambitio & ho- noris contemptus in bonam partē accipi- tur, pro ipsa virtute, qua σωφρονία præditus est, ideoq; laudentur: Ita ambitiosus seu φιλότυρος dicitur, qui honorū est magis appetens, quām decet: Honorum contemptor αφιλότυρος, qui non est eoru studiosior quām decet: Sed hæc ēxīcuntur.

COROLA

1. Ad inflatum accommodari potest verbi-
culus:

- *Parturiant montes, nascetur ridiculus mus.*
- 2. Etsi honor inter externa bona sit præ-
stantissimum; Eum tamen Magnanimus in
parvis numerat, teste Aristotele.
- 3. In magnanimo quia etiam debet esse mo-
destia; non debet esse contemptor aliorum,
qui tantis bonis non sunt ornati.
- 4. Ταπεινόςσας significat eum qui est dimis-
so animo: cui opponitur ὑπερήφανος, id est, su-
perbus & ferox.
- 5. Ταπεινόςσαντιλια virtutem verterunt hu-
militatem. Sed humilitas apud veteres lati-
nos nomen virtutis non est.
- 6. Cùm dicitur à Maria apud Lucam Eu-
angelistam, ἐπέβλεψε δὲ τὴν ταπεινωτὸν, id est,
respexit humilitatem ancillæ suæ: ταπεινώσθι
significatur vilis & abjecta conditio, qualis
est nimirum vilium servorum, non vero τα-
πεινόςσούντι.
- 7. Σάρξσαν significat & modestum, & tem-
perantem, & cordatum, id est, sapientem.
- 8. μακροδυμία Dei 2. cap. ad Rom. non recte
vertitur magnanimitas, sed lenitas, quaæ Bar-
baris est longanimitas.

DISPUTATIO VIII.

DE MANSUETUDINE, AFFA-
BILITATE, & VERACITATE.

Disputationem de magnanimitate & modestia, sequuntur virtutes, quae in conversatione versantur, in qua quidem ratio habetur vel iræ, vel opiniacionis in specie dictæ.

2. Iracundæ conversationis virtus dicitur Lib. 4
πραγμάτων; id est, mansuetudo. Definitur ea: vir- Cap. 5
tus mediocritatem servans in ira.
3. Mansuetus ita iram moderatur, ut non irascatur, nisi ob justas caussas, & quidem quibus, quando, quandiu, & quemadmodum irasci honestum est.
4. Extrema ejus sunt *ἀρρενία*, id est, vacuitas iræ seu lentitudo: & *ἀρρενία* seu iracundia: illa in defectu peccat, hæc in excessu.
5. *Ἄρρενία* enim est, cum minus, quam decet, irascimur, ac signavia etiam & nimia patientia dici potest.
6. Ea enim, propter quæ meritò excandescere debebamus, vel non sentimus nec intelligimus, similes lapidi, vel cauti marpesiae: vel sentimus & dolemus, atque etiam irascimur, non tamen ulci scimus.
7. Iracundia est, cum præter morem seu plus æquo iræ indulgemus.
8. Ejus variae sunt differentiae & appellatio-

DISPUTATIONES

46 nes: quidam enim dicuntur ὄργιλοι vel αἰρόχοοι
αοι: quidam πικροὶ vel χαλεποὶ.

9. Οργίλοι sunt, qui citò & facile irascuntur,
at non diu iram sustinent, sed mox sedari pos-
sunt.

10. Αἰρόχοοι sunt, qui supra modum sunt
celeris iræ, & ad omnia & omnibus de causis
exardescunt: sive facile placentur, sive diffi-
cultur: propter bilis tamen tenuitatem veri-
fimile eit, eos non diu servare iram.

11. Πικροὶ, id est, acerbi & amari homines
sunt, qui iram conceptam diutissimè fovent,
nec facile desistunt, nisi ultionem sumperint,
quæ in iis voluptatem parit: hi ut ira conco-
quatur, tempore opus habent.

12. χαλεποὶ, id est, sævi, asperi & infesti sunt,
qui omnia quæ fiunt, ægrè & difficulter fe-
runt, gravius & diutiùs, quam debent, ira-
scuntur, & nunquam nisi sumpta ultiōne,
iram exuunt: hi omnium sunt pestili.

13. Præterea extrema si à medio recedunt
parūm, levem merentur reprehensionem: si
multūm, gravem: si plurimūm, gravissimam.

14. Ad extremum: utraq; extrema eti contraria
sint medio, iracundia tamen magis cum
medio pugnat, quam lentitudo.

15. Sequuntur virtutes ὀμιλητικῆς in specie:
quarū duæ in seriis: una in ludicris rebus ver-
satur: illæ sunt familiaritas & veritas: hæc ve-
rē Urbanitas.

16. Fami-

Cap. 6.

16. Familiaritas seu affabilitas, seu facilitas est virtus, qua in congressibus singula ut oportet, probamus.
17. Hæc et si amicitiae similis est, differt tamen ab ea, forma & materia.
18. Forma quidem, quia amicus cum iis tantum familiariter versatur, quos amat: at familiaris non amoris causa est familiaris, sed quia eo ingenio prædictus est, ut in omnibus facilis sit.
19. Materia verò: quia amicus erga amicos & notos facilem se præbet: at familiaris & humanus erga quosvis familiaris est, decori tamen ratione habita in circumstantiis: cùm alia sit ratio familiaritatis erga notos, alia erga ignotos: alia erga cives, alia erga peregrinos: alia erga viros illustres, alia erga plebejos.
20. Forma hujus virtutis princeps est, ut mediocritatem servet in convergendo, ita ut eos, quibuscum versatur, quantum honestas rectaç; ratio patitur, delester, non offendat.
21. Minus verò princeps est, ut interdum eos, quibuscum versatur, ita dictante ratione, non delecter, sed offendat.
22. Finis enim ejus est, tūm honestas tūm utilitas: Si igitur congressus sunt inhonesti, aut etiam in posterum damnosí, iis adversabitur.

23. Extræ-

23. Extrema ejus vitiosa sunt , adulatio & blanditia , quæ peccant in excessu : & morositas , quæ in defectu .

24. Adulator seu κόλας est , qui quibusvis per omnia obsequitur , in nulla planè re contradicens , quamvis repugnante honestate : idq; utilitatis causa , quæ vel in pecuniis , vel in aliis rebus ad vitam degendam necessariis consistit .

25. Blandus verò & placandi studiosus , Græcè ἀρετός , est , qui omnibus quæ dicuntur & fiunt , applaudit , omniaq; laudat , nullam aliam ob causam , quàm quòd jucundus esse & habereri cupit .

26. Διάφορος & δύσκολος , id est , morosus & pugnax est , qui nemini obsequitur , omnibus contradicens .

27. Etsi autem extrema revera cuin medio pugnant : tamen quia medium nomine caret proprio , videntur extrema tantum inter se opponi absq; medio .

28. Egimus de virtute , quæ in quotidiano convictu voluptatem & offenditionem eorum , quibuscum versamur , spectat : Sequitur de virtute , quæ in vita verum observat , & dicitur Veracitas .

Sap. 7. 29. Veracem non intelligimus hic eum qui in pactis , conventis , & quibusvis aliis rebus , quæ ad justitiam pertinent , verax est : sed qui

vita

vita & oratione apertus est & verax: ea quæ non habet, sibi non arrogans: quæ autem habet, ea nec vebis adaugens, nec nimis dissimulans: Sed id quod res est, modestè fatens, idq; veritatis studio.

30. Per accidens tamen non semper veritatem sequetur, ut actiones extremorum assūmat, sed non habitum: hinc interdum dissimulabit, interdum simulabit: Cùm dissimulatione in tempore utitur, urbanè simul & dextrè, id est, ita ut delectet potius quam molestia afficiat, videtur *χαίρεια*, (festivus & gratiosus) esse, & ad *έυτερωντας*, id est, Urbanitatem referri debere.

31. Extrema sunt *ἀλλογρεία* & *εἰσωρεία*, id est, arrogans & dissimulatio: illa in excessu, haec in defectu peccat.

32. Uterq; & arrogans & dissimulator mendax est.

33. Arrogans seu ostentator est, qui plura sibi quam mereatur, arrogat dictis simul & factis.

34. Acversatur circa ea quæ omnino non sunt, tanquam sint (unde dicitur simulator:) vel circa ea quæ parva sunt, tanq; magna sint.

35. Alius hoc facit gloriæ studio: alius quæstus & emolumenti gratiæ: alius deniq; tam tum ex vanitate.

36. Dissimulator est, qui res laude dignas,

D

qua

50 DISPUTATIONES

quæ ipsi insunt, aut inesse sibi negat, aut verbis extenuat.

37. Dissimulatorum alii dissimulatione utuntur, in rerum admirabilium, doctrinæ, ingenii, sapientiæ inficiatione: hi propriè ~~cavent~~ posunt appellari, & modesti quidem homines esse videntur, minimeq; ambitiosi.

38. Talis fuit Socrates, qui cùm sapientissimus esset judicatus Apollinis oraculo: hoc unum tamen se scire affirmavit, quod nihil sciret. Hi moribus elegantiores esse videntur.

39. Alii verò parva manifestaque dissimulant, qui Græcis sunt βανοταρηστοι.

40. Arrogans dèterior est, quam dissimulator, & cum medio magis ille, quam hic videtur pugnare.

C O R O L L A R I A.

Ethica.

1. An viri boni & veracis etiam sit aliquando simulare & dissimulare? Affirmo: Ut in bello prudentes imperatores simulant majores vires, & commeatus copiam, ut hostem fallant, & cives suos tueantur.

2. An veritas Ethica à Logica sit distincta?

A. Veritas enim Logica est, cùm oratio nostra cum re consentit. Veritas verò Ethica est virtus modum in sermonibus & actionibus, quo ad verum, observans: Seu est adfetus orationis & factorum conveniens menti, seu conceptui ejus.

g. De

ETHICA.

32

3. De hac posteriori veritate verum est quod inquit Scaliger: Non est falsa oratio, nisi si quis volens mentiatur: Non enim falsa dicit, qui se vera putat dicere.

4. Fieri enim potest, ut aliquis dicens verum Logice: ut Antipodes sunt: mentiatur Ethice, id est, contra mentem suam dicat, si credat Antipodes non esse.

5. Res intelligitur intellectione recta, verum Physicum, veritas vero reflexa: neque enim qui vera dicit, Scaliger exerceat se vera dicere, nisi cum re comparet orationem. 307. lect. 9.

6. Quod idem Scaliger ait, in rebus non inesse Logica veritatem: verum esse ajo de veritate complexorum, quae vocantur.

7. Est & alia veritas, videlicet simplicium: ut cum dico: Cælum beatorum vera res est.

8. Quæritur: An verum & falsum sint contradictionia? Julius Scaliger affirmat, sensum fortè potius spectans quam verba, ut falsum idem sit. quod non verum.

9. Veritas interdum accipitur in sacris litteris pro iustitia in genere: interdum pro integritate animi, seu vita integra: nonnunquam pro vera cognitione, aliquando etiam pro naturali notitia.

10. Quæritur quem sensum habeat, quod dicitur Johan. 8. Diabolum non persistisse in veritate? Resp. Accipi posse & de fidelitate,

D 2

qua

DISPUTATIONES

52 quam non servavit Diabolus suo opifici: & de mendacio, quod primus excogitavit: vel etiam generaliter de integritate illa natura, in qua conditus, postea non permanxit: Sed interpretatio de mendacio, contextui est convenientior.

11. Ut omnes anguli recti sunt æquales: Sic omnes veræ sententiae congruunt, ut dicitur: Verum vero consonat.

12. Contrà ut angelii obliqui sunt inæquales: Sic mendacia dissonant, nec facile est reperire duos mendaciorum autores seu architectos, qui uno ore, nisi ex composito id fiat, congruentia dicant.

13. "Αλογοι sunt & indocti, qui sic arguant: Hic juravit falsum. Ergo commisit perjurium. Hic non recte, ut truncatè, allegavit legem, dictū Aristotelis. Ergo commisit crimen falsi. Tefacit esse reum sceleris mens atq; voluntas: vel:

Affinem culpæ faciunt mens atq; voluntas.

DISPUTATIO IX.

DE V R B A N I T A T E.

Ultima ὀμιλητικῶν ὁρῶν est Urbanitas, quæ mediocritatem servat in ludo & joco.

Cap. 2. Art.
Hotelis

2. Hac virtute p̄fuditus appellari potest εὐρεγένειος (urbanus) vel ὅμηξιος.
3. Sed εὐρεγένειος nomen sumi potest propriè vel impropiè.

4. Pro

4. Propriè
nocum mo
debet, cog
qui à vixi
5. Impro
et securit
quā part
māle test
urbanus i
cives esse
Diceris U
Dum ce
6. Et
les audi
7. Ha
diceret
se ut ing
& quibus
lectetur
ximè, si
scommis
iam leg
serit jo
bique d
observa
8. Ut
lexerit,
9. Exce
jilitas,

4. Propriè pro medio habitu, qui, cùm ex morum motu, cuiusmodi sales & joci esse videntur, cognoscatur, non malè *avtegmenia* quasi *avtegmenia* dictus.

5. Impropiè verò pro vitio in excessu, id est, scurrilitate, quod omnes ferè jocis, plus quam pars sit, delectentur. (Hoc sensu *avtegmenia* recte damnatur ab Apostolo.) Sicut & urbanus interdum pro benè morato, quales cives esse solent in urbibus, sumitur; ut hic; Diceris Urbanus: Sed non urbanus haberis, Dum ceu vacca bibis, dum suis instar edis.

6. *Epiſtola* dicitur, qui dextrè jocos & sales audire & interpretari potest,

7. Hominis igitur urbanii & faceti est, tūm dicere eos jocos, quos oportet, hoc est, qui se ut ingenuum & bonum hominem decent; & quibus convictor non offendatur, sed oblectetur potius: id quod consequi poteris maximè, si à scommatis abstinueris. Est enim scommia species quædam conyitii, quod etiam legibus est prohibitum: tūm audire & ferre jocos honestos atq; liberales: ac utробique decorum in aliis etiam circumstantiis observare.

8. Urbanus igitur ipse sibi quodammodo lex erit.

9. Extremum urbanitatis in excessu est scurilitas.

10. Scurra enim græcè βωμολόχος καὶ φορτικὸς
id unicè affectat, ut risum moveat, nulla vel
honestatis vel jucunditatis ejus, in quem di-
cit vel agit, habita ratione: ab alio vero audit
fcommata nimis patienter, & præterquam
honestas ipsa patiatur.

11. Vitiū in defectu dicitur ἀγροκτικὴ rusticitas.

12. Rusticus seu agrestis est, qui nec ipse di-
cere jucundè lepideq;: nec alias audire po-
test, græcè ἀγριός καὶ σκληρός.

13. Hic ad quotidianam conversationem
planè inutilis & ineptus est.

14. Rusticitas igitur cum medio magis pu-
gnat quam scurrilitas.

Cap. 9. 15. Porro cùm αἰσθῶς, id est, pudor virtuti si-
milis esse videatur, de eo deinceps Aristoteles
differit. Sed nos hanc disputationem com-
modius in aliud locum transferimus: nem-
pe, ubi de Semivirtutibus agimus.

DISPUTATIO X.

DE JUSTITIA.

Cap. 2.

HAec tenus disputatum est de virtutibus,
quæ spectant ipsum ἄρχοντα, hoc est, ad
ipsum habentē referuntur potissimum,
nunc sequitur virtus, quæ refertur ad alios.
2. Justitia est virtus moralis, qua homines
ad justè agendum idonei sunt ac res justas a-
gunt & volunt.

3. Justus



3. Justus igitur non est is, qui tantum potest justa, sed qui vult, legibusq; paret & equus est.
4. Estq; justitia duplex, universalis, quæ est obedientia erga omnes leges.
5. Et particularis, quæ est virtus suum cuique tribuens. Cap. 2.
6. Hæc est duplex: *διαρεμπτην*: quæ nimirum in bonorum, pecuniarū, aut aliarum rerum, quæ dividendæ sunt, inter cives, distributione versatur.
7. Et *συναλλαγματην*, quæ in mercibus & contractibus locum habet.
8. Contractuum alii sunt voluntarii, in quibus contrahentes consentiunt: ut emtio, venditio, mutuum, sponsio, locatio, conductio, depositum & vadimonium.
9. Alii non voluntarii, in quibus alter contrahentium non consentit.
10. Hi subdividuntur in clandestinos, sive occultos: ut in furto, adulterio, beneficio, lenocinio, dulapatio, dolophonia, & falso testimoniio videre est.
11. Et violentos, ut in vinculis, morte, rapina, convicio, contumelia, & membrorum debilitatione.
12. Ut autem cæteræ virtutes morum, sic hæc justitia est *μεσότης*? quævis enim æqualitas mediocritas est, jus autem æquale, justitia æqualitas.

D 4

B. Pro-



DISPUTATIONES.

Cap. 4.

13. Proportio cùm duplex sit, Geometrica & Arithmetica: nequaquam in justitia commutativa illa locum habet, sed hæc, in qua omnes numeri æquabilibus differentiis distant,

14. Quemadmodum igitur in hac ἀναλογίᾳ etiam si uero infinitum excurras, semper tamen differentiis æquabilibus numeri à se invicem distant: Ita in hac justitiae specie summa & exacta observatur æqualitas.

15. Sed hæc æqualitas in jure civili non præcipitur.

16. Nam Jureconsulti permittunt ementibus & vendentibus inter se circumscribere, nec datur τῷ ἀδικουμένῳ actio, nisi ultra dimidiām precii partem fuerit deceptus.

17. Justitiae commutativæ vicioſa extrema sunt lucrum, & damnum; inter hæc est medium jus, excessus lucrum, defectus damnum,

Cap. 5.

18. Accidit autem justis actionibus, ut personæ, quæ æquale fortiuntur, reciprocam quandam perpectionem videantur subire, quam Talionem vocant. Hanç quidam jus vocarunt.

19. Ut jus sit, si quod quisq; facit, idem patiatur.

20. In justam reprehensionem incurruunt Pythagoræi, assertentes, legem Talionis universaliter & simpliciter iustum & jus esse. In omnibus enim locum non habet, quod Aristoteles teſſerū. Non exſerit, o ſe plura pa nimincepi ūmbobus ū. Nec hotelis, lo 21. Inte ne & diſt ſi nemp zequali 24. P ab aliis quadam 25. H ſum po econo 16. Ju vium, legeſ o 27. judicin 28. ſervum 19. P emancip 30. O

ristorales testatur libr. i. magnorum moral,
cap. 30.

21. Non enim est justum, ubi oculum quis
excusserit, oculum ei vicissim tantum excuti,
sed plura pati sequendo proportionem. Ete-
ni mincepit & prior intulit injuriam, ac in
ambobus injuste fecit.

22. Nec in contractibus, de sententia Ari-
stoτelis, locum habet.

23. Interdum tamen etiam in commutatio-
ne & distributione jus Talionis locum habet,
si nemp̄ res ipse^z *ἀνοίᾳ* seu proportione ad
æqualitatem redigantur,

24. Porro discernenda est justitia seu justum Cap. 6.
ab aliis quæ non propriè, sed similitudine
quadam justa dicuntur.

25. Hic enim potissimum declaratur ju-
stum politicum, quod differt à justo herili &
œconomico.

26. Justum politicum spectat ad salutem ci-
vium, liberè & æquo jure viventium, jubetq:
leges observari in societate.

27. Aequus custos est magistratus sequens
judicium mentis.

28. Herile jus versatur inter dominum &
servum.

29. Paternum inter patrem & filium non
emancipatum.

30. Oeconomicum inter virum & uxorem,

D 5 que

quo magis convenit cum politico.

31. Dividitur jus civile in naturale & legitimum.

32. Sub his generibus cætera peculiaria iura comprehenduntur.

33. Jus naturale est, quod apud omnes sanæ mentis homines est unum & idem: sic dictum, quod non ex hominum opinione ortum ducat.

Cap. 7.

34. Juris naturalis quædam sunt immutabilia, sine quibus nullo modo respub. consistere potest, ut: arcere vim à bonis civibus.

35. Quædam sunt mutabilia, ut usuræ esse licitas.

Cap. 8.

36. Ex antegressis oriuntur questiones, quarum prima est: cùm is qui injustè agit, non semper sit injustus, queritur cur & quando aliquis injustus dicendus sit? R. tum aliquis dicitur & est injustus, cùm actiones profluunt ex habitu injusto.

37. Secunda quæstio est, quando quis facit injuriam aut æquum? R. cùm voluntate sua facit: Ut contraria, nec injuriam cuiquam, nec æquum facit, nisi fortuitè, quod ea gerat, quibus ut justa sint, & injusta, accidit.

38. Voluntarium est quod quis sciens & volens agit, omnibus actionis circumstantiis probè cognitis: ut, verbi causa, quem verberet, quo instrumento, & cur, & qua de causa pulset.

39. Et-



39. Ergo injustum aliquid esse potest, quod non idem injuria est, nisi voluntas accesserit.
40. Cæterum cùm videri possint injusti, qui revera tamen non sunt, considerandi sunt duo gradus delictorum & læsionum.
41. Ex ignorantia aut *νεγλότης*, id est, sine omni culpa, ut si jaculum transfigas in trans-euntem, ubi consueverunt homines jaculari, id vocatur *ἀτύχημα*, id est, infortunium.
42. Aut *μη νεγλότης*, sed tamen sine dolo, ut si quis jaculetur per ignorantiam transfeunte in campo, ubi non consueverunt jaculari, id vocatur *ἀδιάτημα*.
43. Non per ignorantiam sunt dupliciter, vel enim aliquis dat damnum alteri faciens & volens absq; tamen deliberatione, ut cùm ex ira peccatur, hoc propriè dicitur *ἀδικημα*.
44. Aut volens cum deliberatione, id est, electione, hæc vocatur maximè propriè *ἀδικημα*, id est, injustitia, in genere *μορφήα*.
45. Inter hos quatuor gradus nullam veniam merentur posteriores, sed tantum priorres.
46. Tertia quæstio est: utrum quis injuriā, vel ius pati possit sponte. Cap. 9.
47. De priore membro respondetur negatè sic: Contrariorum sunt contraria attributa. Injuriam facere & pati sunt contraria.

Ergo

Ergo si injuriam facere est spontaneum quidam, injuriam pati quiddam invitum erit: & per consequens recte dicitur: neminem volentem pati injuriam, seu volenti non fieri injuriam.

48. De posteriore respondetur per distinctionem. Jus suum consequi seu pati duobus modis intelligitur; vel de rebus bonis: cujusmodi sunt præmia, quæ pro laboribus aut officiis aliis retribuuntur. Et hæc homines non inviti, sed volentes patiuntur & consequuntur: vel de rebus malis: ut sunt pœnae, quæ debentur facinorosis. Eas hi non volentes, sed inyiti patiuntur.

49. Quarta quæstio: Utrum omnis qui patitur rem aliquam injustam, etiam patitur injuriam.

50. Resp. Quemadmodum non omnis qui agit justa, etiam agit justè: Ita etiam non omnis qui agit injusta, etiam agit injustè, seu injuriam facit, & ex consequenti, neque omnis qui injusta patitur, etiam injuriam patitur.

51. Hæc responsio confirmatur distinctione: Justa vel injusta agere dicitur duobus modis; vel per se vel per accidens.

52. Per se, quando quis ~~en~~ ^{et} ~~en~~ ageret talia agit. Arq; idè dicitur justus vel injustus.

53. Per accidens vero, cum quis vel invitus vel per ignorantiam talia agit. Unde & neque injustus

injustus neque justus, nisi per accidens, dici potest.

54. Sic per se is pati dicitur injuriam, qui invitus ab altero volente injuria afficitur.

55. Per accidens verò injuriam patitur, qui volens patitur aliquid, quod est injustum, sive à volente, sive à nolente.

56. Hinc sequitur, quod omnis qui patitur injuriam, etiam patiatur rem injustam: & contra. Nam ut aliquis propriè dicatur injuriam pati, quo sunt spe & standa. Primum animus facientis: Utrum volens an invitus fecerit: Deinde animus patientis: Utrum volens & invitus patiatur sibi fieri aliquid quod injustum est. Nam facere & pati injuriam relata sunt, quorum neutrum sine altero potest rectè considerari aut consistere. Itaq; non potest esse passio injuriosa, nisi etiam actio sit talis.

57. Quinta quæstio: Utrum in iniqua distributione ipse distribuens sit iniquus, an accipiens. Resp. distribuentem potius esse injustum nominandum. Quia principium illius iniquitiae seu injuriæ magis est in distribuentे, quam in accipiente. Nam distribuens habet libertam dandi voluntatem, quantum velit: Sed accipiens tantum duntaxat potest accipere, quantum à distribuente ei datur. Itaq; et si plura accipiat, quam ipsi debetur, tamen ejus actionis (injustæ) ipse non est prima causa, sed

*
EX DISPUTATIONES

sa, sed quasi accidens, quod aliundē accedit.
Prima autem seu propria causa est ipse distribuens, qui plus dedit accipienti, quām ipsi debetur. Imē ipse accipiens potest ignorare, quōd sibi non debeat tantum, & existimare jure & rectē se accipere tātum, quantū datur. Itaq;
id quod injustū est in tali distributione potius distribuenti quām accipienti est adscribendū.

58. Sexta quēstio: Utrum facile sit esse justum. Respondeatur: Duobus modis dicimur agere, quae sunt justa: vel simpliciter alisque certo consilio, & animi proposito: & hoc est facile: yel ex justitiæ habitu, ita ut eo animo institutoq; illa agamus, quo justus vir dēbet. Et hoc est difficile: quia habitus virtutis non comparatur subitō ac facilē, sed longo tempore & usū.

59. Septima: Utrum justi & injusti notitia sit facilis.

60. Respondeatur esse difficilis, quod attinet ad applicationem & accommodationem ad usum & actionē: sicut scire quomodo præcepta Medicæ rectē applicentur nō est facile.

61. Octava: Utrum justus æquē possit facere injuriam atq; injustus.

62. Respondeatur negatē. Nam injustus agit ea, quae sunt injusta, volens & lubens. At justus, si quid injustum egerit, id facit invitus aut per ignorantiam, & licet ejus actio non possit nominis-

nominari justa: tamen propriè nō est injuria.
63. Nona: Circa quæ bona actiones justitiae versentur, & erga quas personas justitia sit exercenda.

64. Resp. de primo: Actiones justitiae versantur circa bona externa, in quotū distributione vel commutatione possumus peccare in excelitu vel defectu. Itaq; justitia nō versatur in distributione vel cōmutatione bonorū animi vel corporis. Nam in bonis animi, ut virtutibus non habet locum nimium. Nemo potest esse nimium justus, nimium temperans. Bona verò corporis nō possumus alii communicare, aut cum aliis cōmutare: nemo enim suam sanitatē aut suum robur potest alteri tradere.

65. Quod verò ad psonas attinet, erga quas actiones justitiae exercecentur, justitia nō potest exerceri, nisi erga eos, quibus possumus de bonis externis plus aut minus tribuere, quam illis debetur. Consideranda hīc sunt duo genera personarum: Unum genus est hominum malorum & improborum, qui sunt deplorati & insatiabiles. Talibus nunquā possumus minus dare, quia illis omnino nihil debetur de bonis externis. Nam omnibus bonis ipsi abutuntur, & ad suam & aliorum perniciem, & proinde non posunt conqueri de injuria, etiam si illis nihil tribuatur. Alterum genus est eorum, qui non extremitate mali sunt. Iis in di-

stribu-

64 DISPUTATIONES

stributione & commutatione externorum honorū suos, possumus plus vel minus dare, quam illis debetur. Atq; erga hos propriæ actiones justitiae vel injustitiae exercentur: & erga hos possumus justi & injusti esse.

Cap. II.

66. Decima: Utrum quis sibi ipsi possit facere injuriam.

67. Resp. 1. Nemo potest sibi injuriam facere secundum justitiam universalem (qua aliquid contra leges admittitur) etiamsi vel se ipse interficerit. Nam civitas existimat per hoc facinus sibi injuriam factam, non vero ei qui admisit. Dicitur autem tui intersector erga remp. injustus, quia spoliat civitatem membro: unde tempore necessario auxilium ea petere poterat.

68. 2. Nemo etiam potest erga seipsum esse injustus, secundum justitiam particularem. Primo enim: Si quis sibi ipse posset inferre injuriam, lequeretur, quod possit eandem rem sibi ipsi simul dare & auferre, quod est absurdum: quia contraria non possunt esse simul. Sanè qui injuriā facit, is aufert alicui id quod ei debetur. Jam si quis sibi ipsi injuriam facit, necesse est, ut sibi ipsi eandem rem & tribuat & auferat, quod fieri nequit.

69. Adde, quod ei qui facit injuriam hæc attribui possunt, 1. quod facit sponte & data opera, 2. quod est prior. Qui vero patitur injuriam, ei a paci invito auctoritate est po pelle seipsum quod attributum am possem dieragens &



done extenuor
us vel minus da
rga hos propri
tne exercentur
injuri esse.
is libi ipsi poti

est sibi injuri
inverberantur
citur) etiam de
civitas existim
factam, nonne
ta tñt intercedere
dian civitatem co
flicio auxiliu

erga despiciunt esse
un particolare
se pollet infen
re, quod est des
polunt esse han
nietralicium ut
ipsi injuriam in
dem tem & car
it.

acit injurian
acit sponte de
Qui vero p

Injuriam, ei attribuuntur contraria, i. quod patitur invitus & praeter suam voluntatem,
2. quod est posterior. Jam si dicamus, aliquem posse seipsum injuria afficere, sequeretur, quod attributa illa omnia inter se contraria simul possent de eodem dici, quatenus simul esset agens & patiens.

70. Præterea: Quia in justitia est virtus, quod committitur erga alterum, nemo sibi ipsi potest esse injurius: alioqui dicetur esse à se ipso diversus.

71. Porro: Si quis potest seipsum injuria afficere, potest etiam injuriam sponte pati. Sed non hoc. Ergo nec illud.

72. Ad extremum: Si quis potest seipsum injuria afficere, necesse est, ut faciat id secundum aliquam speciem injuria, ut si sibi ipsi furetur sua bona, si seipsum decipiatur in contractibus & commerciis, si suam ipsius laedat famam. Sed nemo potest his modis injuriam sibi facere ipse. Nemo enim in propriis bonis dicitur fur. Et si quis adversus se convitum evomat, non propterea existimationem suam laedit, ut infamis fiat. Ergo nemo potest seipsum injuria afficere.

73. Attamen Plato sentit lib. 4. de legibus: Neminem posse alteri injuriam facere, nisi fuerit prius erga ipsum injustus. Hæc in justitia Platonis est interna: cum interiores affe-

Etus & cupiditates non obtemperant rectationi, ita ut id quod ratio suadet, etiam vis appetens & concupiscens velit ac persequatur. Contrà justitiam internam vocat Plato cùm, quod ratio dissuadet, id etiam appetitus renuit, fugit & aversatur. Ex hoc consensu rationis & inferiorum virium dixit proficiendi externas justitiae actiones erga alterum: contrà ex inobedientia inferiorum cupiditatum adversus rectam rationem proficiendi injurias & injustas actiones.

74. Verum Aristoteles responder hanc internam justitiam & injustitiam esse metaphoricam, & similem juri herili & domestico, quod non sit simpliciter jus, sed tantum propter similitudinem, quā habet cum jure politico, jus nominari. Ratio igitur habet quodam jus in inferiores cupiditates, quibus dicitur imperare, ut Dominus fervo, dominia famulæ. Cùm autem violatur jus illud, id est, inferiores cupiditates rationi non obediunt, tum sit quodammodo rationi injuria. Sed haec injuria non est totius hominis adversus seipsum: sed tantum est inter partes animi quædam injustitia, hoc est, pugna & discepantia.

75. Ultima quæstio est: Utrum pejus & deserius sit, facere an pati injuriam?

76. Respon-

76. Respondetur: Majus malum esse ideoque magis fugiendum, facere injuriam, quam pati. Quicquid enim conjunctum est cum improbitate, aut non procul ab ea abest, id deterius est & majus malum, quam id quod caret improbitate. Sed injuriam facere semper est cum improbitate conjunctum: injuriam verè pati non est, aut saltem rarissime: Imò sàpè quò quis melior est & probior, èd magis aliorum injuriis est expositus. Ergo injuriam facere majus est malum, & majore reprehensione dignum, quam pati.

77. Etsi vel succumbere & mori contingat eum, qui passus est injuriam: triumphare vero qui fecit.

DISPUTATIO XI.

DE AEQUITATE.

COGNATA justitiae est *lmenia*. De æqui Cap. 10. § 11. Dicitur boni natura nunc disscipiamus.

2. *Aequitas* est correctio juris legitimí seu legis, ea parte, qua lex deficit propter suam generalitatem.

3. Dicitur correctio: quia non est abolitio legis: alioqui æquitas pugnaret cum jure scripto.

4. Dicitur juris legitimí: quia non jus naturæ, quod ut Deum autorem habet, ideoq;

E 2 divinum

68 DISPUTATIONES

divinum dicitur, ita perfectum est, & contra id laxatio non conceditur, sed jus scriptum corrigit.

5. Dicitur æquitas non totam legem corrigerre, sed tantum eam partem, in qua deficit: nempe, quod in hac vel illa causa, id est controversia seu negotio, vel non satis, vel nihil certi definierit: & ostenditur defectus in lege inde existere, quod lex universaliter lata non complectatur omnes singulare circumstan-
tias, unde necessitas & utilitas æquitatis in-
telligitur.

6. Æquus igitur seu æquitatis studiosus est, qui summum jus in benignorem ac meliore partem interpretari, & potius de suo jure ali-
quid remittere cupit: etiam si se possit legis autoritate tueri.

7. Unde intelligitur duas ejus esse notas. Prima est, quod non urget summum seu stri-
ctum jus, sed potius de suo jure cedit. Altera, quod legem non interpretatur in deteriorem partem, nec in correctione à voluntate & mente legislatoris recedit.

8. Adversantur itaque æquitati: & summum jus: & malitiosa ac callida versutaque juris seu legis interpretatio: Quæ jure consultis est ca-
lumnia.

9. Nec eadem prorsus est Æquitas cum Ju-
stitia.

10. Nam

10. Nam
landimus qui
pignorem &
n. quatenus
fus contraria
sob, ut resp
populi injuri
11. Huc
poter, qua
do loquer
nos poter
autem ta
distribu
tum bo
12. Ne
justitia,
ta, ideo
esse ma
13. Ita
na, quo
lius, & e
dum m
tus seu
jus natu
14. D
& quia j
Æquita
bonorum
15. Etc

10. Nam æquum virum plerunque magis laudamus quam justum: quia videtur se benignorem & faciliorem erga alium declarare, quatenus cedit quadantenus suo jure. Justus contra urget suum jus, & prosequitur adeo, ut respectu æqui viri videatur durior & propè injustus.

11. Huc accedit, quod vox æquitatis latius patet, quam justitiae, si communis consuetudo loquendi spectetur. Omnis enim vir bonus potest nominari æquitatis amans. Justus autem tantum is dicitur, qui recte se gerit in distributione & communicatione externorum bonorum.

12. Nec omnino contraria sunt æquitas & justitia. Si essent, haberent contraria attributa, ideoq; si una esset bona & laudanda, altera esset mala & vituperanda.

13. Ita autem inter se differunt, ut duo bona, quorum alterum altero interdum est melius, & magis laudandum; & ita æquitas interdum melior est, quam justitia, quæ moderatur seu mitigat juris scripti asperitatem, & ad jus naturale revocat.

14. Deinde differt æquitas à jure legitimo; & quia jus hoc verbis & scripto continetur; Æquitas vero pender ex arbitrio & judicio bonorum virorum.

15. Et quia jus scriptum interdum adversa-

tur legi naturali : Sunt enim quædam etiam
vitiosæ leges, præsertim in vitiosis Rebuspu-
blicis. Aequitas verò legi naturæ nunquam
est adversa.

16. Et quia jus scriptum seu leges universa-
liter indefinitive loquuntur : aequitas verò
applicatur speciebus factorum singularibus
& circumstantiis, quæ propter infinitam suam
varietatem non potuerunt omnes scripta le-
ge contineri & definiri.

17. Et hæc hæc tenus de juris laxamento (non
temeratio) vel temperamento, Aequitate.

DISPUTATIO XII.

DE VIRTUTIBVS INTELLECTIVIS.

DUPLICES sunt, ut inquit Aristoteles
lib. 6. Ethicorum cap. 1. τὰς φύσεις αἴσθητα
animi virtutes, alia τὰς φύσεις, id est, moris,
alioτις τὰς διαρθρώσεις, id est, intellectus.

2. Postquam igitur in disputationibus su-
perioribus, ταῦταν ἀδικῶν de moralibus vir-
tutibus, iisq; singulis ferè in specie hæc tenus
est dictum: operæ premium nunc facturus vi-
deor, si & ταῦταν λοιπῶν de reliquis intelle-
ctualibus, differendum aliquid philosophia
moralis studiosis proponam.

3. Hanc autem tractationem, ut aliquantò
altius & longius repetamus, seu, quod ajunt,
à capite suo arcessamus, modo & ordini Ari-
stotelice,

stotelico, quem ille & i. & 6. Ethicorum sequitur, insitentes, brevem animæ humanæ divisionem præmittemus.

4. De hac verò Aristoteles dictis locis ita dissenserit: Animæ, inquit, partes duæ sunt: οὐ τὸ μέσον, τὸ τε λόγον ἔχον καὶ τὸ δύοτον, id est, rationis particeps & expers, i. Ethicorum cap. 13. & 6. cap. 1.

5. Utraq; harum duplex constituitur. Etenim rationis expers: vel ἀδιαιρέσις κοινωνεῖ λόγῳ, nihil omnino cum ratione habet commune: diciturq; Græcis τὸ φυτικὸν, Latinis vegetativa potentia: & est exterior, ut inquit Aristoteles, Τρέφεται νηὶ Φανερῶν, id est, causa cur alamur & augeamur.

6. Vel μητέχει πάσι, id est, aliquid commune habet cum ratione, ejusq; quodammodo est particeps, & videlicet κατίκεον δὲν αὐτῷ καὶ παραχειρόν, quatenus ei obedit & obtemperat.

7. Prior illa cùm Σύναψις sit naturalis, suaque operationes, non minus, imo magis in somno, quam interdiu exerceat, ut propter eas homo nec bonus nec malus dici possit. (ἔχεις enim καὶ γανὸς ἡμίσια σταθήσοις εἰς ὑπνον, id est, bonus ab improbo in somno minimè internoscitur, inquit Aristoteles) nullius virtutis est capax, propterea ad hanc doctrinam de moribus non pertinet.

8. Posterior verò, quæ est τὸ διαθεματικὸν καὶ

ρεσελικὸν facultas concupiscendi & appetendi, quia ratione recta regi & institui potest, (consistunt enim in ea affectus, quos temperatos rectâ ratione Scaliger virtutes appellat,) tota versatur circa hanc doctrinam de moribus, omniumque virtutum moralium sola hæc statuitur subjectum.

9. Verum missis virtutibus moralibus, eorumq; subiecto animi parte διόγονος ad alteram habentem rationem καί εἰ ἐαὐτὴ propriè & in seipsa (cum τὸ διόγονον tantum ὡς τὸ παιδὲς ἀνηγόνον τι, id est, veluti filius obediens patri, rationis sit particeps) & quod instituti nostri nunc est, ad virtutes intellectuales progrediamur.

10. Est autem τὸ λογικὸν non minus quam τὸ διόγονον duplex.

11. Vel enim est θεωρητικὸν facultas cognoscendi & intelligendi ea quæ sunt universalia, æterna & necessaria; vel λογιστικὸν καὶ βελοθυμὸν, id est, facultas per quam ratiocinamur, consultamus & deliberamus de rebus singularibus, contingentibus & mutabilibus,

12. Utriusq; huius facultatis proprium munus & officium est veritatis inquisitio & cognitio. Et in hoc παιδὲς σιαρεντινὸς ἐργὸν ὅτι, inquit Aristoteles lib. 6. Ethicorum cap. 2.

13. Quamvis utraq; non uno eodemq; modo & fine hoc suo officio fungatur.

14. Etc.

14. Etenim iamēt nobilis facultas, in positione unī greditur, sed etiam bonis & bonum divile expedita contemplativa speculativa. 15. Alter illa suatione ve huic p ignobilis. Aristoteles quod al hec long simum de etiā practicā. 16. rumq; lis rae wnta. 17. Subiectus quibus stus &

14. Etenim altera illa τὸ ἐπιστημονικὸν, quæ etiam est nobilissima & præstantissima ἡ λογικὴ facultas, in sola & sempiterna veritatis cognitione unicè acquiescens, ulterius nō pro-greditur, sed contenta illa, veritatem in universalibus æternis & necessariis, tanquam bonum divinum, æternum & incommuta-bile expertit. Unde etiam Σιωπητικόν, id est, contemplativa facultas, vulgo intellectus dicitur speculativus.

15. Altera verò τὸ λογιστικὸν καὶ βιλδινὸν; et si
& illa suo modo in cognitione & investiga-
tione veritatis versatur; tamen quia materia,
huius potentiae subjecta, longè est inferior &
ignobilior, ut mutabilis & contingens, seu ut
Aristoteles vocat τὸ ἐρεθίζοντος θέματος ἔξοι, id est,
quod aliter se habere potest: cognitione etiam,
hæc longè est inferior & ignobilior, & potis-
simū hæc potentia in actione veritatis (un-
de etiam διάδειον πραγμάτικη, sicut & facultas hæc
præctica, dicitur) versatur,

16. Atque hæc quidem de potentiis, eaturumq; diversis operationibus animi rationalis πραξὶ τὸ οἰκεῖον τῆς δινδείας ἐπιγράψῃ, breviter καὶ εἰς τὸ πῦρ sit dictum,

17. *Sequitur*, quia dictæ potentiae sedes & subjectum sunt diversorum etiam habituum, quibus ad disquisitionem veri mens, intellectus & ratio hominis veluti instrumentis cer-

tis utitur (siquidem & horum officium est agnoscere, illudque vel affirmando vel negando enunciare) ordine de illis pauca nunc dicamus.

18. Hinc verò se nobis veluti ex oraculo Apollinis offerunt varii divinæ contemplationis & actionis veritatis radii, omnes videlicet virtutes intellectuales & mentis habitus: intelligentia, scientia, sapientia, ars & prudentia.

19. Hisce enim mens nostra atra inscitia rubigine infesta, & ignorantia caligine obducta, instar fulgoris quasi coruscat, exuitur rubigine, acuiturque ad alia: eo deniq; splendore afficitur, ut præluceat sibi ad nanciscendum primi opificis similitudinem, Scaliger exerc. 307. sect. 3.

20. Ut igitur hasce tam laudabiles & præclaras virtutes ordine & justa serie videamus, ex materia, circa quam versantur, sic eas dividemus.

21. Vel objecta illarum sunt necessaria, externa & universalia, Græcè ὅς ἀνάγνωστα αἴσθια, ἀγνῶντα νεὶ τὸ θεόποτε: vel sunt singularia, contingentia & mutabilia, & dicuntur Græcis ἐνδέχουσα ἀλλασσόμενη, id est, quæ aliter fieri alterq; se habere possunt.

22. Ad priorem partem pertinent virtutes
τῆς διαφύλαξίος mentis contemplativæ,
e.g;

exq; numero tres: r̄us, ἐπιστήμη καὶ σοφία, mens, scientia, & sapientia.

23. Posterioris verò sunt duæ reliquæ: τέχνη καὶ φύνης, ars & prudentia: & subsistunt in animi parte ψευδικῆς voce generaliter accepta. Unde etiam ψευδικῆς habitus activi dicuntur.

24. Porro τριπλicia sunt: vel enim sunt principia ex quibus omnia alia cognoscuntur, ut sunt κοινωνίαι, axiomata & alia principia: & notitia horum seu potius simplex apprehensio dicitur r̄us seu intelligentia. Unde etiam habitus principiorum, item habitus simplex & venustus.

25. Velsunt conclusiones, quæ ex principiis illis extruuntur & efficiuntur, & de his propriè est habitus, qui vocatur scientia: alias θεωρητικῶς, item simplex, quodd res simpliciter absque principiis, cum medio tamen seu demonstratione, intelligat.

26. Velsunt conclusiones vñâ cum principiis: & composita horum notitia appellatur sapientia, qua non solum ipsa principia, sed & res & rerum causas cognoscimus.

27. Cæterū & nō ērdeχ̄μενα à πόνος ἔχει seu contingentia: aut planè non possunt ab hominibus scribi, sed à sola ferè pendent fortuna, atque ideo de illis nullus est in mente fitimus habitus, quo posseunt certè cognosci, sed

sed levis tantum quædam opinio, qua & decipi & errare possumus: Aristoteli modo ab
etiam modò ἀπόλυτος.

28. Aut postulant ab hominibus sciri & fieri; suntque duplicita: vel enim sunt τέχναι, id est, cadunt in actionem, & notitia horum vocatur prudentia. Unde habitus practicus, (voce propriè accepta) quod ὕπερηφελεῖαι spectet & in ὕπερηφελεῖαι conquiescat.

29. Vel sunt τέχναι, id est, consistunt in effectione alicuius operis, & cognitio horum dicitur τέχνη, id est, ars. Item, habitus effectivus, quod præter actionem ad ποίησιν spectet, opusque aliquod post se relinquat.

30. His ita nunc constitutis, rectâ ad definitiones enumeratorum habituum accedamus; ut hoc modo natura & proprietates singulorum nobis magis magisq; innescant,

31. Atq; ut à virtutibus speculativis ordinamur, intelligentiam seu r̄, Aristoteles, καὶ τὴν εἰδήσειν τὸν οὐρανόν, neq; artem neq; scientiam, neq; sapientiam neq; prudentiam esse, firmis & indubitatis rationibus demonstrat.

32. Etenim, cum intelligentiam virtutem credendi principiis esse definiat, neuter vero habitus scientiæ aut sapientiæ credit, sed demonstret, ars quoque & prudentia circa principia, ut necessaria non versentur, plannissimum hinc evadit, esse hunc habitū principiorum

cipiorum à reliquis habitibus alium, longeque
diversum.

33. Est igitur intelligentia, ut veram ejus &
genuinam demus definitionem, habitus prin-
cipiorum, quo prima principia, quae medio
& causa carent, absque medio & causa cognos-
cimus, cognoscendo illis credimus, firmi-
terque assentimur.

34. Hæc principia, aut sunt cognitionis,
quæ complexa: vel constitutionis & essentiae,
quæ simplicia nominantur.

35. Complexa sunt, ut axiomata germana
cujusque scientiae, verbi causa, omnia appetere
bonum: ab æquali demptis æqualibus re-
linqui æquale: simplicia vero: ut materia, for-
ma, Deus, &c.

36. Et utrisque his credere & assentiri nos
urget intelligentia, non vi demonstrationis a
priori per causas, sed vi inductionis vel à po-
steriori, ut ajunt, per effecta: siquidé his con-
sideratis penitus primas causas esse sine de-
monstratione credimus.

37. Quemadmodum vero intelligentia ob-
jectum est τὸ ἔιδος, id est, credibile: sic contraria
scientie objectum est δῆστον, id est, scibile,
adeoque ἀποδεῖνδον, demonstrabile. Cum τὸ δῆ-
στον sit ἀποδεῖνδον, lib. 6. Ethicorum cap. 6.

38. Atque hinc est quod Aristoteles scien-
tiam lib. dicto cap. 3. εἰδει definiat δῆστονδεῖνδον,
id est,

78 DISPUTATIONES

id est, habitum demonstrativum, quo necessarias percipimus conclusiones per suas causas, quæ sunt propositiones necessarie. Quandoquidem tum scire verè quis dicitur, cùm rei causas cognovit, ait idem lib. i. physic. cap. i.

39. Unde etiam hujus instrumentum syllogismus est ~~scientiarum~~, quod ex necessariis concludat. Quia ratione quoque dicitur idem ~~scientiarum~~, id est, scientificus, quod ad scientiam efficiendam sit accommodatus.

40. Et intelliguntur propositiones necessariae non aliæ hic, quam ut in prioribus analyticis dictum est, primæ, veræ, immediatae, priores, notiores, & quæ causæ sunt conclusionis: secus quæ se habent non efficiunt in animo veram & immutabilem rei scientiam, sed tantum ~~scientiarum~~ ratione velut ~~scientiarum~~, lib. 6. cap. 3.

41. Sequitur habitus compositus ex utroque, intellectu videlicet & scientiâ, quæ dicitur *sophia* seu sapientia, per quam non solum principia, sed etiam conclusiones quæ ex principiis extruuntur cognoscimus.

42. Hoc enim sapientis officium & munus est, ut Arist. nobis id explicat, non solum *τοπικὰς αρχὰς διηγέειν*, id est, principiorum veritatem intelligere, sed etiam *τὰ ἐν τῷ οἰκεῖῳ εἰδίαι*, id est, ea, quæ ex principiis concluduntur,



duntur, scire & cognoscere, lib. 6. cap. 7.

43. Et hoc est quod idem lib. & cap. eodem, sapientiam definiens: φίλα έσιν (inquit) καὶ θι-σύνην καὶ τὸν τιμωτάτων τηνός, id est, si pien-
tia est rerum præstantissimarum & honorati-
ssimarum natura scientia & intelligentia.

44. Cui definitioni consentit & illa Cicer. lib. 2. off. Sapientia est rerum divinarum & humanarum causarumq; quibus hæ res con-
tinentur, scientia.

45. Ubi scientia vocabulum latè sumptum habitum ejusmodi animi denotat, quo &
principia & orta ex principiis tūm in divinis,
tūm in humanis rebus conteraplamur, in ea-
rumq; contemplatione & intuitu, tanquam
in vero, divino & honorando, nos unicè ob-
lectamur.

46. Atque hæc de habitibus speculativis:
quorum hoc in loco non vis & natura (hujus
enim tractatio potius est Metaphysici, quam
Ethici) sed usus potissimum & finis spectatur.

47. Quandoquidem, ut recte ait Plato, aliud
est scientiam habere, aliud ea uti. Nec stu-
dendum est, ut aliis plus scire, sed ut melius &
innocentius vivere possimus.

48. Quod tum deniq; fieri, si nō solum quid
verum sit, p̄r causas scire, sicq; verum, ut sci-
bile, cognoscere contendimus, sed etiam per
contemplationem, ut bonum expetibile affe-
ctamus,

etamus, summoq; vero devinciri studemus.

49. Sequuntur ultimo loco habitus prædicti duo: ars & prudentia, quorum alter in ratione, alter in æsthetica versatur.

50. Priorem Aristot. lib. 6. c. 4. sic definit: τέχνη (inquit) οὐ τὸν εἶχεν τὸν μὲν τὸν λόγον τὸν θεού τοιντούς, id est, ars est habitus cum ratione vera in effectione positus.

51. Cum qua definitione coincidit, quæ est apud autorem ad Herennium libr. 1. ubi ars definitur quodd sit præceptio quæ det veram viam rationemq; aliquid faciendi.

52. Præceptionis enim voce, nihil aliud quam firmus mentis habitus denotatur, quo cum ratione ad faciendum dirigitur, ut præceptis illius deinde rectius imbuti ad assequendum bonum in hac vita progrederiatur.

53. Nec detrahitur veritati & constantia hujus habitus quicquam, quod Aristoteles capite & libro supra dicto, fortunæ & artis quandam ait esse cognitionem: citans illud Agathonis, τέχνη τύχων ἐσπέσει τύχη τέχνη, ars fortunam amat, & fortuna artem.

54. Intelligit enim id Aristoteles non de ipso artis habitu. Nam cum sit διανοήτος καὶ δοκιμός, id est, nitens ratione recta & universali, semper est διανοήτος, id est, verus, nec ab ulla rectam est liber quam ab errore fortuito.

55. Sed intelligit hoc de objecto artis ipsa;

psiq; artifice (quanquam interim non negamus multa artium παραγόμενα & præcepta esse regularia potius quam universalia.)

56. Etenim objectum artis, cùm sit τὸν ἐντελεχέντα ἀνθρώπον, id est, eorū quæ aliter se habere possunt, mutabile est & inconstans, & hactenus non vitio artis, sed vitio artificis, quatenus videlicet ille à vera ratione aberrat, & sic finem sibi propositum non assequitur, inartem error fortuitus cadere potest.

57. Atque hinc est, quod ipsi artifices interdum, quando vel feliciter vel infeliciter opera sua perfecerunt, in efficiendis illis vel fortunati vel infortunati dicantur.

58. Unde eriam Aristoteles officium boni artificis in his tribus consistere ait: εἰ τῷ θεωρεῖν, id est, contemplando, εἰ τῷ τεχνικῷ, id est, elaborando, καὶ εἰ τῷ γνωστῷ, id est, gignendo seu efficiendo.

59. Debet enim bonus artifex animo & mente probè considerare, primo qualem materiae oblatæ velit formam inducere. Deinde in illam agere.

60. Quod præcipue tribus sit mediis, τῷ αριθμητικῷ, id est, ablatione eorum quæ sunt superflua, τῷ περιελέσματι, id est, additione eorum quæ desunt, τῷ μεταδέσμῳ, id est, transpositione eorum quæ non quadrant.

61. Tertio denique εἰ τῷ γνωστῷ in gignendo
F & fabri-

& fabricando debet esse occupatus: ut nimirum per suam artem secundum quam laboret, opus aliquod efficiat, cuius forma alia sit quam prior fuerat. Veluti artifex manuarius ex luto fabricat ollam, ex corio calceum, ex lignis & lapidibus domum.

62. Verum huc usq; de quatuor habitibus, intellectu, scientia, sapientia & arte: reliquum nunc est, ut videamus ultimum, prudentiam ducem, ut Plato ait, seu ut Pythagorici, oculum & matrem omnis virtutis.

63. De hoc verò Aristotel. lib. 6. cap. 5. sic scribit: φέρνοις τὴν ἔξι διηδίς μετὰ λόγου θεωρίαν περὶ τὰ ἀνθρώπῳ ἀγαθά καὶ κακά, prudentia est habitus verus cum ratione consultandi & agendi ea quae homini per universam vitam eveniunt bona vel mala.

64. Atq; hac est illa egregia virtus, quae vel sola mediocritatem secundum rectam rationem, quae in omnibus actionibus virtutum moralium est tenenda, præscribit: sine qua etiam nulla virtus moralis esse potest.

65. Etenim prudentiae est consilium dare, bonum à malo, verum à falso discernere, circumspicere cum aliis versari, perspicere occasions, verbis solerter, rebus prudenter uti: Imò ad omniem consultationem & tempus & diligentiam adhibere, operamq; & oleum in rebus vanis minusq; necessariis non perdere.

66. Quod

Quod
nunc Aucto
Togam sp
Intens, ap
candidare,
Et qu
Glorielle
dias, i. 3
videtur
simplicite
dominit
cadunt,
68. U
tur: pr
cognof
69. Il
di verur
tem ne
ribus vi
pri dic
70. E
tutibus
magis
ponen
majore
iplo di

66. Quod non minus elegantibus quam paucis Aristoteles expressit verbis, quando *Τρεπτικός εργασία*, id est, prudentis officium describens, appellat illud τὸ εὖ βαλεντέα recte consultare, &c. Ethicorum cap. 7.

67. Et quid per recte consultantem seu et
exor intellectum velit, explicat, cum addit:
etiam, o Epis. ad Thess. r. v. 12. et 13. v. sexagesim
et tu loquendus, id est, is ad bene consulendum
simpliciter est aptus, qui conjectura, quod
homini est optimum eorum, que in actionem
cadunt, excogitando mente capere potest.

68. Unde etiam hoc *συμπέρεια* deducitur: prudentiam utraq; & τὰ καθόλη & τὰ ἐνταξεῖ cognoscere.

69. Illa quidem, quia habitus est indagandi verum: hæc vero quia ~~negatur~~. Neque autem $\sigma\tau\pi\eta\tau\alpha$ $\kappa\alpha\delta'$ $\tau\kappa\alpha\tau$, id est, actio in singulis versatur, ait Aristoteles lib. & cap. super dicto.

70. Et haec sunt quæ hoc tempore de virtutibus intellectualibus breviter, quamvis ~~ταχινῶς~~, id est, cras & pingui Minerva proponenda judicavimus: subtiliora, & quæ ad maiorem lucem hujus materiae faciunt, in ipso disputationis cursu ~~oī~~ ^{et} audituri.

DISPUTATIO XIII.

DE SUMMA PERFECTIONE
& imperfectione virtutis & vitii.

Examinatis hactenus quām brevissimē, quae in sexto Ethicorum ab Aristotele disputata sunt, virtutibus & vītīs: Ordo nunc requirit, ut quā sequente ab eodem tractata sunt libro, lydio disputationis lapide itidem examinanda proponamus.

2. Cūm autem τὸ ξένιον ἐν τῷ βίῳ tantum disputationes spectare debeant: inde ea, quae magis necessaria aliisq; utiliora videbuntur, breviter & quasi punctim attingemus.

3. Cūm igitur hactenus de perfectis habitibus Ethicis actum sit, qui in hominē, ut homo est, cadunt: deinceps differemus, tūm de summa & plus quām humana perfectione virtutis & vitii: tūm de ea imperfectione, quae vel virtutis & vitii est dispositio quādam: vel animi affectio.

4. Illa Heroica sive divina dicitur virtus, cuius contrarium vitium est Feritas.

5. Heroica virtus est habitus excellentissimus, per quem non tantum constanter & admirabili quadam facilitate, honesta quoꝝ ceteris difficultia sunt, geruntur: sed tanta vi & animi dexteritate, ut vigor appareat plus quām humanus, & longè major, quām in reliquis, qui

qui in eodem actionis genere excellentes habentur, hominibus animadverti possit.

6. Hinc ab Arist. ap̄klī dicitur ὑπὲρ ήμας, ἡρωϊκὴ στάσις, id est, virtus quæ sit supra nos, planè heroica & divina: Item πνεύματος ἀρετῆς, præstantius quid virtute (puta humanâ) quoddexcellentia hac virtutis prædicti δέος ἀρδετος (divini viri) potius quam homines sint judicandi, lib. 7. cap. i.

7. Unde etiam non sicut cæteræ virtutes sola humana industria comparatur: sed divinitus hominibus confertur: De sententia Ciceronis: Nullus vir magnus extitit sine afflato divini numinis.

8. Et contingit ea paucissimis, idq; raro, inter mortales: Cùm δέος ἀρδετος τὸ μετέπειτα, id est, raro fiat, virum esse divinum. Aristoteles lib. & capite suprà dicto. Itaq; inter miracula naturæ recensetur.

9. Ubi tamen nec Hesiodo assentimur, qui ἱγών, omnes una tantum mundi ætate & seculo extitisse vult, quod aureum vocat.

10. Omni enim ætate Dominus, quosdam tanquam lumina, mundo tales exhibuit, tūm ad generis humani conservationem, tūm ad suæ Ecclesiæ restitutionem.

11. Etsi autem ἀρδετas vocis ἐπυρος, qua virtutem hanc Græci appellare consueverunt, innuit, perspici eam solùm in his rebus & a-

ctionibus, quæ in bello versantur, quæq; ad fortitudinem referuntur(ut est patriæ tuitio, hostium propulsatio , mortis contemptus) in reliquis tamen rebus & actionibus, quæ ad alias virtutes pertinent, & esse & versari eam imò & posse & solere , multorum seculorum exemplis comprobari potest.

12. Sic Heroicæ & plusquam humanæ justitiae exemplum est in sacris literis , Moses & Salomon: In profanis Aristides & Cato.

13. Abstinentiæ quoq; & sobrietatis exempla plus quam humana sunt , Johannes Baptista , quem sustentabant erides , Elias , & ex Ethniciis Socrates.

14. Quemadmodum & virginitas admiranda fuit in Maria , & singularis in plerisq; Christi martyribus quovis tempore Ecclesiæ constantia.

15. Verùm sicuti hæc virtus præstantiæ suæ & eminentiæ communium hominum conditionem excedit : Ita quod ei opponitur vitium, adèò sua turpitudine est detestandum, ut in hominem , quatenus homo est , vix cadere posse videatur.

16. Et quia beluinæ naturæ magis , quam humanæ convenit , ideo ab Aristotele ~~omn~~ & ~~omn~~, id est, à fera belua ~~omn~~, hoc est, feritas & immanitas nominatur.

17. Est igitur ejusmodi vitium , per quodominis

mnis conscientiae sensus extinctus, omnis intelligentiae radius, omne rationis lumen suffocatum, vel longa male agendi consuetudine, vel alia qualibet de causa apparat.

18. Qua de causa etiam differt à vicio humano, seu ut Aristoteles loquitur, ἐπεξύνθυτος εγκίας est : quod in vitiosis reliquis hominibus, aliquod tamen & mentis & conscientiae lumen remaneat: at in istis lumen illud omnino sepeliatur & extinguatur.

19. Et hoc est quod Aristoteles affirmat, τὸς θνητῶν seu beluinos, μάλιστα ἐν τοῖς βαρβαροῖς εἴναι, id est, inter barbaros maximè vivere : item τὸς διὰ κακίαν τῶν ἀνθρώπων ὑπερβάλλοντας, id est, esse ejusmodi homines, qui alias virtutis & improbitate longè vincunt.

20. Etenim cum homines isti, qui vicio hoc laborant, omnem prorsus humanitatem exuerint, & beluinam naturam induerint, figurantū extera homines : inde adeò factum est, ut non minus à virtute quam à vicio humano sint alienissimi.

21. Hinc pœna humana per se delectantur & gaudent, adeò ut sponte etiam eos lædant, à quibus vel nullā prorsus offensā sunt affecti vel provocati. Quales sævissimi fuerunt tyranni Caligula, Claudius & Nero Imp.

22. Unde etiam eos Apostolus vocat ἀπόλυτους, id est, omnis judicii expertes factos,

quod conscientia sensu exuti, vel nullum amplius vel mortis vel dolorem perpetrato peccato percipient, ad turpissima quævis præcipites ferantur, sicuti in Absolomo & aliis videre est.

23. Sed hæc hue usq; de summa & plusquam humana perfectione virtutis & vitii, sequitur nunc de ejusdem imperfectione illa, quæ consistit in duobus laudabilibus: Continentia & Tolerantia. Et totidem vituperabilibus: Incontinentia & Mollitie.

24. In his consideratur tum Forma tum Materia subjecta. Quod ad formam attinet, ex non sunt εξει seu habitus virtutis & vitii, sed θεσηes seu dispositiones tantum illorū, cum non ut in illis, ita & in his plenus partium animæ sit consensus, sed pugna quædam, & dissidium, cum aliud suadeat ratio, aliud verò velit appetitus.

25. Etenim cum istæ affectiones πεπονιζοῦσι τὸν λύτραν, id est, circa voluptates & dolores versentur, ut author est Aristoteles Ethicorum 7. cap. 4. fieri solet, ut etiam si ratio in illis semper, quod est rectum & optimum, suadeat, appetitus tamen nunquam non reluetetur.

26. Et hinc vel invitus à ratione vincitur, ut in continente & tolerante homine videre est, vel invitam & repugnantem vincit rationem,

nem, ut hoc incontinens & mollis docet.

27. Ut igitur ad singularium *διαδέστον* na-
turas proprius accedamus, modum disputa-
tionis Aristotelis, quem ille 7. Ethicorum se-
catus est, observantes, tunc formas harum dis-
positionum, tunc comparata & disparata di-
ligentius enodabimus.

28. Quia verò ut alibi Aristoteles testatum
reliquit, nihil interest, habitumne an eum,
qui habitu sit praeditus consideremus, & in *δια-
δέστον* τὸν ἔξιν τὸν κατὰ τὸν ἔξιν σκοπεῖν. Ethico-
rum 4. cap. 3. Viz quoq; hacin parte Aristo-
telicae insistentes, non ipsas *διαδέστον*, sed τὰ
τὰ τὰς *διαδέστον* videbimus.

29. Ut ergo à continente telam ordiamur,
de eo Aristoteles Ethicor. 7. c. 9. sic disserit:
ἔστεγμα, inquit, οὐ διὰ πάθος οὐ διδυμίας με-
τάλλαι. Continens est, qui non ex affectu &
cupiditate immutatur.

30. Quod eodem in capite explens, ut con-
tinente perfectè describat, comparatio-
nem inter continentem & temperantem in-
stituit, dum illum pravas ait habere cupidita-
tes, iisq; delectari, quamvis illis minimè du-
catur, aut ab illis vincatur: hunc verò neque
φαύλας ἔχει διδυμίας, neq; illis ταχέῃ λόγῳ dele-
ctari, multò minus duci.

31. At eo in tertio utrumq; convenire, quodd
undev ταχέῃ λόγῳ διὰ τὰς ομηλίας ίδοντας τοις, id

F 5

est,

est, uterq; nihil à recta ratione alienum ob corporis voluptates faciat.

32. Res exemplo fit illustrior. Et in temperante & in continente homine, jubet recta ratio abstinentum esse à turpibus voluptatibus, quemadmodum etiam uterq; ab illis abstinet, quāquam dissimili & non eodē prorsus modo & studio, cūm in temperante voluntas recte rationi statim & libenter obsequatur. In continente verò nō contipud obtemperet, sed resistat, & secum quasi rationem in ambiguum trahere conetur.

33. Unde hoc elicitur: esse in continente rationis & voluntatis quādam pugnam & colluētationem, cūm in temperante nulla prorsus sit dissensio, sed plenus & perfectus partium animæ consensus.

34. Porrò continentī ἀνηστρε, ut loquitur Aristoteles, ὁ ἀκαπτὸς incontinentis, & alter qui caret nomine, qui minus quam dicit corporis ducitur voluptatibus. οὐδὲ τοῖς σωματικοῖς χαιρεῖ Aristoteles lib. & cap. super dicto.

35. Nam in his duobus μέσος ἡ ἐκπατήσ, hoc est, medius est cōtinens. Cum hic solus in recta ratione semper persistat: reliquis vel διὰ μᾶλλον, id est, propter aliquid majus, vel διὰ λιγόν, id est, propter aliquid minus ab ea discedentibus, cap. 9. lib. Ethicorum 7.

96. Sed

36. Sed quia *avārūmō*, id est, qui caret nomine, rara est avis in terra, quod inter mortales paucissimi reperiantur, qui minus quam debebant, experti voluptates: censet Aristoteles continentis tantum opponi eum, qui peccet in excessu, id est, incontinentem. Non secus ac temperantiae tantum opponitur intemperantia.

37. De incontinentia igitur disputat, tum species ejus recensendo duas, tum conferendo eum cum prudente & intemperante.

38. Ad species quod attinet, alios incontinentes facit *περιπτεῖς*, id est, precipites, alios *ἀδινῆς*, id est, imbecilles.

39. *Περιπτεῖς* sunt qui subito preter opinionem & cogitationem suam à vehementiori aliquo abripiuntur affectu ad peccandum, ut si quis preter opinionem incidit in hostem suum, qui ei mortem minatus est, & eum invadens vulnerat aut interficit.

40. Et de his ait Aristoteles: *ἢ τὸ μὴ βολεύοντα ἀπόντην ὑπὲπιάσθε*, id est, quia non consultarunt, ab affectu rapiuntur, lib. dicto cap. 6.

41. Ubi & duplices hos constituit: Vel enim sunt *οἱ δὲ*, qui flata, vel *οἱ μελοχολικοί*, qui atra vexantur bile.

42. Illos propter celeritatem bilis, hos propter vehementes imaginationes, rationis imperium expectare negat.

43. ASTER

43. Adeo sunt, qui etiam si deliberaverunt, propositi tamen sui non sunt tenaces propter vehementiam affectuum & cupiditatum, quæ rationem illorum tanquam imbecilliores superat.

44. Unde Aristoteles τὸς βαλλομένους hos vocat, id est, eos qui jam deliberarunt & consultarunt: nec tamen propter affectum οὐτε τὸ πάθος in proposito persistenterunt.

45. Quia de causa etiam πεπεπτεῖς præ infirmis veniam mereri & aliquo modo excusari posse, quod non ut illi spaciū p̄muniendi se adversus affectus adventantes subiactōq; invadentes, habuerint, existimat.

46. Quemadmodum etiam incontinentes iræ minus esse turpes quam cupiditatum eodem hoc libro 7. cap. 6. elegantibus aliquot probat rationibus.

47. Verum movetur hic quæstio, mota etiam ab Aristotele lib. hujus cap. 2. & 3. peccet ne incontinentis sciens an ignorans?

48. Si enim consultare & deliberare potest de rei, quam commissurus est, turpitudine, utiq; certè illam novit & scit. Et si novit & verè scit, quomodo contra scientiam suam, qua habitus est firmissimus, turpia committere potest?

49. Ad quæstionem hanc dissolvendam respondet Aristoteles per distinctionem duplum,

cem, unam scientiae & omnia, alteram propositionum τῶν προτίτατων.

50. Etenim scire dupliciter dicimus τὸ θε-
στικὸν διχός λέγοντες, & habitu & actu. Cùm ἔχω
περ, & γνῶμαν δὲ τὴν θετικήν, καὶ ὁ γνώμενος λέγεται
θετικόν, id est, ille, qui habet, nec tamen uti-
tur scientia, & qui utitur, scire dicatur.

51. Primò igitur incontinentis Aristoteli, si
peccat, sciens peccat, & peccando sciens male
agir, non quidem scientia actus seu πράξεως,
cùm honesta & turpia quæ scit neq; sequitur
neq; fugit, sed scientia habitus seu γνώσεως, ut
sic potius scientiae speciem quam usum, cor-
ticem quam fructum habere videatur.

52. Deinde distinguit inter πράξεων universalem & particularem: illam dicit, scire posse
incontinentem, (ut hanc propositionem uni-
versalem syllogismi practici: omnes scortationes,
quia turpes sint voluptates, esse fugiendas) At parti-
cularem (ut hanc assumptionem, Potiri hac vel
illa muliere est turpis voluptas) non item.

53. Etenim oblata occasione propter ve-
hementiam amoris, non subsumit hanc pro-
positionem minorem particularem: sed ap-
petitus ipsius, qui vincit rationem, in locum
eius substicuit aliam: Potiri videlicet hac muliere,
maxima fore voluptati.

54. Quia verò quis regerere hic potuisset,
universalem propositionem comprehendere sub

re sub se singularem: Ergo si incontinentis universalem sciat, cur particularem ignoret?

55. Respondet ad hoc Aristoteles, quod universale sit duplex: aliud καὶ ὅλος ἐφ' αὐτῷ, id est, quod consideratur seorsum sine particularibus: aliud καὶ ὅλος ἐπὶ τοῖς γυμνάσιοις, quod consideratur una cum ipsis singularibus.

56. Illud incontinentem scire concedit, hoc negat: cum multa verè sciantur in genere, quæ tamen ignorentur in specie.

57. Atq; hinc etiam liquet, quid de quaestione statuendum sit, quæ similiter ab Aristotele movetur, num incontinentis sit prudens?

58. Cum enim incontinentis καὶ ὅλος τοῖς γυμνάσιοις ignoret, quod unicè vir prudens respicit, Ethicorum lib. 6. cap. 7. s. d' αὕτη οὐδὲν τοις ἀκρατηρίσεσθαι τοις τούτοις, prudens & incontinentis non potest esse simul idem. Ethicorum lib. 7. cap. 10.

59. Sed quaeritur ad extremum, sitne idem incontinentis & intemperans, item sitne incontinentis deterior intemperante, an vero intemperans deterior incontinenti?

60. Ad primum respondeo cum Aristotele inficiatione. Nam licet incontinentis & intemperans & quæ πενιτεντες οὐδενες καὶ λύπας versentur: fieri tamen hoc εὐχωραντες, id est, non uno eodemque modo, dubium nemini est.

61. Ut enim intemperans circa voluptates

est *περιπέμπω*, easq; ultrò & volens, cùm vel nihil vel leviter saltem appetit, & èn nò pérpetua omni-
dui, persequitur: Ita incontinentis παθός dicitur
περιπέμπω καὶ διάροια λέγεται, id est, præter ele-
ctionem & cognitionem dicitur, nec nisi à ve-
hementioribus vincitur cupiditatibus: cum
& οφελεῖ ἐνδυμαῖ, id est, vehementer appetit,
& vehemens dolor (*ἰσχεὶ λύπη*) eum urges,
Aristoteles lib. 7. cap. 4.

62. Atq; hinc etiam alterum cognoscitur,
quod ἀνόλασος χείρων ή ἀκρατος intemperans
incontinentे deterior sit, cùm ὁ ἀκόλασος ε-
σται μελαντικός. Εμμένει γε τῇ περιπέμψει, ὁ δὲ ἀκρα-
τος μεταμελαντικός πᾶς, id est, intemperans sit
quem nunquam facti sui pœnitentat. In electio-
ne namq; persistit. At incontinentis facilis sit
omnis ad pœnitentiam, lib. 7. cap. 8.

63. Unde etiam Aristoteles illum ἀνίατον,
id est, insanabilem: hunc iactū sanabilem.
Item illum quasi aqua intercute & tabe labo-
rare, qui morbi sunt continui: hunc quasi co-
mitiali morbo afflictari, qui morbus, ut cum
1C. loquar, est intervallatus, id est, intervalla
vicesq; habet, docet.

64. Restat nunc pars ultima de tolerante, &
qui huic in excessu opponitur, molli. Nam de
eo, qui in defectu peccat, & dici potest ἀπάντη
propriè ἀντός, quod rarius inter mortales
reperatur, (Homo enim non est saxum) Ari-
stoteles nihil attingit,

65. Els

DISPUTATIONES

56. Est autem tolerans Graecè ὁ καρτεῖνος, qui quibus plerique succumbunt, perfert dolores.
66. Ideoque εὐτῷ ἀντέχειν, id est, perferendo & resistendo doloribus propriè est occupatus, ut continens εὐτῷ κρατεῖν, continendo & vincendo voluptates, Aristoteles lib. 7.c.7.
67. Quamvis enim & continens versatur circa dolores: impropiè tamen hoc sit, nec eodem modo, ut tolerans: cum hic potius in doloribus perferendis, ille vincendis magis consistat.
68. Verum quæritur hic, si non continens & tolerans sis dicendus, qui à maximis doloribus & voluptatibus vincitur.
69. Respondet Aristoteles utriusque ignoscendum esse modò voluptates & dolores vehementes & exuperantes οὐ γεγίνεται ναοπλάνασσην fuerint, ratioque appetitus, quoad potuerit, restiterit.
70. Alias si levissimi fuerint, quales sunt, vestem trahere, pallium perdere, ne vel induendo vestem, vel tollendo pallium molestiam capias, mollem potius & incontinentem, quam continentem & tolerantem arguant.
71. His enim & similibus, ad quæ plerique renituntur & prævalent, τοὺς δὲ οἱ πόλλοι καὶ ἀπετείνουσι δύνανται (præsertim si quis neque sibi φύσιν θέλει, neque sibi vōσιν, id est, neque per naturam neque per morbum impediat) non resistere,



fistere, mollis est & delicati, Aristoteles lib. & cap. suprà dicto.

72. Atque hæc de summa tūm perfectione
tūm imperfectione virtutis & vitii ex libro
hoc septimo Aristotelis Ethicorum sint di-
cta : De voluptate verò , quæ in eodem attin-
guntur libro , cùm in sequentibus pleniùs tra-
ctentur , peculiari sive de suo tempore habe-
bitur disputatio .

DISPUTATIO XIII.

DE VERECUNDIA SEV PV-
dore, ex cap. 9. lib. 4.

SE QUINTUR affectiones quædam animi,
quæ à quibusdam etiam Semivirtutes vo-
cantur: ut pudor, Nemesis, misericordia.

2. Pudor est φείδος & σοκός, id est, metus quidam infamiae.
 3. Hic cum quadam corporis mutatione & vultus rubore oboritur.
 4. Affectio igitur & quidem corporea est pudor, non habitus: Non igitur virtus.
 5. Sed de pudore quæstio, latidene an vittuperio dignus sit?
 6. Respondetur primum, laudabilis est pudor in ætate juvenili: Revocat enim eam à malis, & indicat ingenii nativam propensio nem ad vittutem: Quare ingenuus dicitur.
 7. Vituperandus verò in adulta & senili æ-

G state:

DISPUTATIONES

98. **tate: adulti enim & senes nihil agent propterea quod pudore eos suffundi sit necesse.**

8. **Hæc complexus sum his versiculis:**

Et pudor in vitio, pudor est in honore viciſſim.

Qui deceat si vis ethicis esse nota.

Virtutis quandoq; color, quandoq; nefandi est.

Ille decet juvenem, dedecet iste senem.

9. **Deinde potius vituperio, quam laude dignus est, quia vitiorum, non virtutis comes est.**

10. **Bonum itaq; virum pudor non decet, nec in eum cadit, sive præcedat actiones, sive sequatur.**

11. **Nam vir bonus nihil turpe agit, siquidem perfecto virtutis habitu præditus est.**

12. **Ex iurisdictio tamen seu conditione pudor præcedens spontaneum peccatum, cadit in virum bonum: puta, si quid turpe admitteret, pudore sine dubio afficeretur.**

13. **Versatur pudor inter suorum, id est, immodicum pudorem, cum quis velut obstupescens in omni re verecundatur, & avara, id est, impudicitiam: de qua intelligatur verius Plut. Illum puto periisse, in quo perixit pudor.**

14. **Si hæc mala est, sequitur certè, pudore suffundi bonum: objiciat aliquis.**

15. **Consequentia non valet propter modum dictam iurisdictio: Si enim propter solam peccandi cupiditatem, nec iurisdictio, id est, contingen-**

ETHICA.

99

nentia virtus, nec ἐξουσία, id est, continens vir bonus dicitur: multò minus pudor virtus dicetur: aut pudore confusus vir bonus: cùm in eo cupiditas in actum eruperit: & peccatum jam verè admissum sit.

16. Misericordia est affectio animi commendabilis, ex dolore alieni mali orta.

17. Nemesis seu Indignatio est affectio commendabilis, per quā dolemus ex alienis commodis, seu rebus secundis eorum, qui iis indigni sunt. (Poëtae Nemesis in Deam faciunt impiorum facinorum ultricem, & bonorum compensatricem: Quæ alias nomine Adspersa dicitur.)

18. Huius opponuntur Invidia & ἐπιχειρησια.

19. Invidia seu invidentia est affectio prava, per quam nimium aliorū rebus prosperis dolamus. Invidus alterius rebus abest opimus.

20. Epichierergia seu malevolentia est affectio prava, per quam non tantum non dolamus, sed etiam latamur alienis malis sine nostro emolumento. Hæc affectio est Cacodemonis: unde ἐπιχειρησος Schadenfro dicitur.

COROLLARIA.

I. Pudor si consideretur per se quatenus à natura nobis est datus, ne claudem, nec virtus perationem meretur. At commendatur, si spectetur ut ortus ex desiderio honesti.

G 2

2. Pudor

2. Pudor ad tertiam speciem qualitatis in doctrina Categoriarum refertur: quia est perturbatio animi.

3. Impudentes viri ab Homero *μητερες*, mulieres vero *κυνόπιδες* appellantur, à canino aspectu.

4. Impudentiae adjuncta importunitas, *κυνοῦντα* est à canis & muscae ingenio.

5. Musca enim nihil importunius: cane nihil impudentius.

6. Cum primi nostri parentes nudi essent, cur tamen non puduerit ipsos, questio est.

7. Respondeatur id ex eo factum esse, quod terum bonarum & honestarum non debet pudere quenquam. Nam pudoris causa est res pudenda, id est, malum seu vitium & labes; At illo tempore nulla labes, nullum malum, nullius mali conscientia, aut species in primis nostris parentibus erat. Ergo non puduit eos naturalis constitutionis istius.

DISPUTATIO XV.
DE VOLVPTATE.

FORMA seu natura, per quam sunt & dicuntur *διάθεσις* laudabiles & vituperabiles, explicata: sequitur subjecta materies earum ut & habituum, voluptas & dolor.

1. *Ἡδοναι* & *λύπαι* sunt *φυχαι*, id est, animi, vel corporis, id est, corporear, quibus homi-

dæ

pes maximè dediti sunt. Illæ internæ: hæ externæ dicuntur.

2. Voluptates sunt necessariæ, ut quæ pertainent ad conservationem individui vel speciei; vel non necessariæ.

3. Voluptates sunt cum, vel absque dolore antecedente.

4. Neque omnes voluptates bonæ sunt, neque omnes malæ, sed quædam bonæ, quædam malæ. Ideoque illæ expetuntur: hæ sufficiuntur.

5. Quædam sunt ortæ, id est, verè & simpliciter bonæ, ut si voluptate perfunditur aliquis animus ex usu virtutis. Quædam tantum parvoueræ (apparenter) ut cum intemperans percipit voluptatem ex potatione. Quædam sunt simpliciter & verè malæ, et si vitiæ tales non videntur.

6. Voluptates sunt propriæ, vel peregrinæ; Sic & dolores dividuntur. Propriæ voluptates sunt, quæ functiones, quas comitantur, diuturniores & meliores reddunt seu perficiunt. Peregrinæ, quæ corruptunt.

7. Voluptates, quæ sunt cum dolore antecedente corporeæ, possunt esse bonæ & malæ.

8. Bonæ quidem partim simpliciter, partim per accidens.

9. Simpliciter: quia dolorem (qui simpli-

G 3 citer

ester & per se malus est, non ratione nimis tantum) discutiunt & abigunt.

10. Per accidens dupliciter. I. Quia nimia voluptas tollit nimium dolorem, qui naturae vim infert. Nam contraria curantur contrariis, ut docent Medici. Vehementi dolori vehemens voluptas est contraria. Ergo vehemens seu intensus dolor vehementer voluptate curatur.

11. Quia voluptates sunt & expetuntur ut iactent seu medelæ quædam naturæ deficitientis propter præsentiam λύπης seu doloris.

12. I. Malæ sunt, Primò, per se, c in sunt corruptæ & pravae naturæ titillationes, ut cum aliquis famem & sitim de industria accessit tanum ut potus & cibus eum jucundæ afficiat.

13. Nam quicquid à malo provenit, ipsum quoq; eatenus malum esse oportet.

14. Reprehendendæ igitur.

15. Secundò: l'æraccidens, nempe propter nimium: quia homines in iis persequendis adhibere moderationem nesciunt.

16. Voluptates quæ sunt ἀλυποι, id est, absq; dolore, percipiuntur ex rebus per se & sua natura jucundis, ut quæ ex natura nō prava producent. Hæ sunt veræ & sincerae voluptates.

17. Talis est voluptas hominis, fruens summo bono, in primisq; Dei.

AS. Deus

12. Dessen
13. Voluptate
14. Voluptas
15. Nostra
16. Volup
17. Ad e
18. pri sum
19. mbo no
20. juncta, &
21. proprie
22. rabilis &
23. pte eam

D
I. DE

PRO
natu
secu
jedit, d
catus: Se
ta Ethic
1. Qu
bus, in

18. Deus enim (immobile & simplicissimum) voluptate fruitur purissima, cum maxima voluptas sit quietis in natura perfectissima & immutabili.
19. Nostra natura quia est composita, variæ voluptates ab omnibus expertuntur, quæ minus perfectæ sunt.
20. Voluptates cujusque habitus propriæ, habitum promovent, peregrinæ verò impedient.
21. Ad extremum, et si vera voluptas propriè summum bonum non est, tamen summo bono semper seu individuo nexus est conjuncta, & hoc sensu summum bonum (sed impropriè) dici potest, quod accidens sit inseparabile & proprium summi boni, & quod propter eam omnes ferè omnia contentur facere.

DISPUTATIO XVI.

I. DE AMICITIA, EX OCTAVO
Ethicorum Aristot. potissimum.

PROPOSITA hactenus ad disputandum naturâ virtutis, quam Aristoteles à libro secundo ad octavum usque, in causis, subjectis, definitione & speciebus suis est persecutus: Sequuntur nunc adjuncta virtutis & vita Ethicæ duo: Amicitia & voluptas.

2. Quæ cum ex quatuor summis capitibus, in quæ Aristoteles ipse libr. 10. Ethic.

cap. 6. Ethicam suam distinxit, duo sint ultima, ideoq; ab illo etiam distinctis tractata libris; distinctas de illis quoq; habendas nobis erunt disputationes.

3. Nos ergo hoc tempore agemus de amicitia, quae est *ἀλιγούστας εἰς τὸ βλόφ*, cùm ἀριθμός, ut ait Aristoteles, σεΐς ἀνέλοιπος ζῶν; εχετὰ λοιπὰ ἀγαδὰ πάγτα, id est, absq; amicis vivere nemo experat, cetera omnia bona habens, l. 8. cap. 1.

4. De hac igitur differentes, primò definitionem ejus, secundò divisiones, tertiò causas recensebimus.

5. Definitur autem amicitia, definitore Aristotele lib. 8. cap. 2. Εὐνοία ἐν αντιπεπονθόσι μὴ διαδύσουσα, id est, benevolentia mutua, non latens.

6. Dicit expressè, Εὐνοία ἐν αντιπεπονθόσι; tum, ut φίλοιν erga res inanimatas, & bruta animantia ab amicitia hac excludat; tum, ut ἀντοφίλοιν, id est, mutuum & reciprocū amorem, quem inter amantem & amatum velut fluere & refluxere oporter, significet.

7. Siquidem non satis est, ut unus tantum amet alterum: sed requiritur etiam, ut alter quoq; vicissim eum à quo amat, redameretur; sicq; ultrò citroq; bonis se afficere studeant.

8. Addit præterea in definitione, μὴ λανθάνου: quo docet non sufficere ad amicitiam inter-

internam benevolentiam, quā quis inscio et iam benē cupit, nisi in externam ea quoque erumpat beneficentiam, sicutq; actuosa & officiosa benevolentia,

9. Eos enim qui alios inscios amore suo complectuntur, potius φίλους quām φίλες appellandos censet, lib. & cap. supra dicto.

10. Porrò à definitione amicitiæ proximæ sunt ejus divisiones, quarum tres in hoc libro proponit Arist.

11. Prima sumitur ex materia amicitiæ, quæ est φίλοτη, id est, amabile; vulgo objectum ejus.

12. Et hoc consideratur ab Arist. bifariam; Vel quatenus est ἀληθινή, & τὸ φίλον φίλοτη, id est, verum & per se amabile, vel quatenus est φαντασία, id est, apparet, quod speciem quidem veri amabilis habet, re ipsa tamen tale non est;

13. Illud finem propositum semper habet ipsum honestum (ἀρετὴ) conjunctum cum jucunditate; medium autem seu tendens ad finem, ipsum utile (χρήσιμον.) Unde objectum est amicitiæ, quæ per se & perfecta dicitur, quod causa ejus efficiens, virtus, bonum sit, & per se & propter se amabile,

14. Hoc vero finem habet ipsum utile & jucundum, absq; tamen honestate,

15. Quocirca etiam amicitiam constituit

G S imper-

imperfectam & per accidens, quod in illa amicum non erit, id est, illius gratia, sed magis propter aliud, aut propter nos ipsos, quatenus nobis vel utilis vel jucundus est, amamus.

16. Priorem speciem Aristoteles vocat *eu-*
eiār oīlīāv, id est, propriam amicitiam, item
τεχνίāv perfectam, quod instat virtutis, ex qua
oritur, sit stabilis & firma, ideoque tantum
inter bonos & virtutibus similes locum ha-
beat, lib. 8. c. 3.

17. At posteriorem appellat *μὴ κωeīar θρα-*
τὰ οὐμελεῖκος, amicitiam impro priam aut per
accidens: Item, *όμοιωμα τῆς πρώτης εχθρού*, quae
prioris tantum habet similitudinem.

18. Unde etiam instabilis & infirma est, ac
sine omni discrimine quovis conciliat, ita ut
& improbi inter se fiant amici, & probi cum
improbis conjugantur, lib. eod. c. 4.

19. Etenim cum hæc posterior species non
ex virtute, sed ex utilitate, aut voluptate, cau-
sis minus certis & diuturnis oriatur: (Nam
& *τὸ χήσιμον διαπένετ*, id est, utile non perma-
net diu, & *ἡδονῆς ταχεῖαν μεταβολὴν* voluptatis
velox est permutatio.) Fit hinc adeo, ut cel-
fante vel utilitate, vel voluptate, ipsa quoque
cesset amicitia.

20. Quod & Aristoteles pulchre exem-
pli senam & juvenam, inter quos potissi-
mè

mùm se exerere ait hanc amicitiam , decla-
ravit.

21. Illi enim (puta senes) cum sint morosi
δυσκολώτεροι , & ut plurimum avati & *φιλοξέν-*
ματοι , addo etiam suspiciosi : Nemo certè
cum illis potest colere amicitiam . Cùm *εἰδεῖς* ,
ut inquit Aristoteles , *διύπτω συνηγορείειν τῷ*
λαπτηῷ εἰδὲ τῷ μὴ οὐδεὶς , id est , nemo facile velit
aut possit vitam transigere cum molesto & in-
jucundo . l. 8. c. 5.

22. Hi verò cum ætatis sint infirmioris , &
propter vehementiam affectuum , quibus
omnium maximè juvenes sunt obnoxii , in-
constantis & mutabilis : sit hinc *αδέο* , ut
neque inter hos firma & constans queat esse
amicitia , quin potius crebræ rixæ , & con-
tentiones inter eos existant , etiam de rebus
levissimis .

23. Et hoc est quod Aristoteles ait , *ταχέως*
γίγνονται φίλοι ηγετάνονται , id est , facile incipiunt ,
facile quoq; desinunt amare . l. dicto , c. 4.

24. Contà verò amicitia honesta *μέριμνη*
εἶναι , id est , stabilis & constans est . Item *αδέ-*
αντός εἶναι , id est , non dat locum calumniis &
falsis suspicionibus , tum quod viri boni ita
se fidei mutuo explorarint , ut alter alteri tutò
fidere possit , tum quod tria *φιλάντες* in amici-
tia honesta inter viros bonos simul sint con-
juncta . lib. & cap. suprà dicto .

25. V. 5.

25. Verum, questio hic incidit περὶ τῆς ἀμικίας : Utrum amicorum multitudo , ut in imperfecta , ita quoq; in perfecta & honesta amicitia locum habeat.

26. Respondet ad hanc questionem Aristoteles per inficiationem . Etenim cùm in hoc genere amicitiae summus requiratur gradus amoris , quo alter alterum complecti debet ; Cum pluribus certe talis intercedere non videtur.

27. Neque enim plures uni simul placere vehementer possunt , neque unus pluribus , nisi consequi velit id , ut nemini placeat : juxta illud , qui omnibus est amicus , nulli est amicus.

28. Unus igitur est , qui in hujus summo amicitiae gradu amat , vir bonus , unus quoque qui amatur , vir itidem bonus : At plures & ipsa diuturnitas temporis , & raritas amicorum , & similitudo morū , & summa consensio virtutum , & conspiratio , vel nunquam vel raro admittunt.

29. Sequitur nunc altera divisio sumpta ex adjuncta dignitate personarum in amicitiam coēuentium , quā aliae sunt æquales , aliae inæquales.

30. Unde amicitia alia ē σομήν , id est , in æqualitate , alia ē ὑπερηφή , id est , in quadam eminentia aut excellentia ab Aristotele constituitur.

31. Qua

1. Que in
pediarum e
timis se fun
num praefla
tu. Er in b
theatra, sc
. In paribus
latur.

2. Qua
infector e
ndo & a
Cicero,
et apertu

34. Qua
finita est
deinde pe
tuum excel
porentia ,
do & cond
35. Etta
patris erg
dilitus er

36. Ne
lis est , se
amicoru
mant , tu
tuo sibi p
funt virtu
lib. dicto ,



31. Quæ in æqualitate consistit amicitia, personarum est, quæ dignitate & conditio-
ne inter se sunt æquales, & æqualia quoq; sibi
mutuò præstant officia.

32. Et in hac proportio consideratur A-
rithmetica, siquidem secundùm quantitatem
paris paribus, & æqualia æqualibus compen-
santur.

33. Quapropter & hæc amicitia species
perfectior est: siquidem quod major est simi-
litudo & æqualitas, eò & firmior, & auctior,
sit Cicero, est amicitia: præsertim vero si sit
αριθμητικὴ ἀμ�ιστία, Aristot.lib.8.c.8.

34. Quæ vero è contrario, *ὑπεροχὴ* con-
stituta est amicitia, inæquales invicem sibi
devincit personas, quarum aliae aliis pluri-
mum excellunt, vel ætate, vel dignitate, vel
potentiâ, vel autoritate, vel alio aliquo mo-
do & conditione.

35. Et talis est amicitia fenis erga juvenem,
patris erga filium, magistratus erga subditos,
divitias erga pauperem, & docti erga indoctū.

36. Non enim hæc amicitia similis & æqua-
lis est, sed diversa (*ἐτέρη*) tum quia diversi sunt
amicorum fines, propter quos se mutuò a-
mant, tum quia diversa sunt officia, quæ mu-
tuò sibi præstant, tum denique quia diversæ
sunt virtutes, quæ in illis requiruntur. Arist.
lib. dicto, c.7.

37. Quan-

37. Quandoquidem pauper amat divitem alio fine quam dives pauperem, & dives alia officia prestat pauperi, quam pauper prestare potest diviti. Quemadmodum etiam alia virtus in divite elucet; alia in paupere.

38. Verum cum φιλόθυς nihil aliud sit quam ἴσος & δημόθυς, ut testatur Aristot. libri hujus c. 5. & 8. Quem hinc non immergit potest, quo pacto inter amicos ejusmodi inaequales confistere possit amicitia?

39. Hic respondet Aristot. per distinctionem aequalitatis κατὰ ποσὸν, & κατὰ αξίαν, id est, secundum quantitatem & secundam dignitatem.

40. Illam κατὰ αξίαν aequalitatis, quae est κατὰ ποσὸν, negat in amicis inaequalibus, quoad officiorum compensationem, esse postulandam.

41. Quia enim hi sunt dissimiles, non possunt sibi mutuo aequalia planè officia prestare aut retribuere.

42. Quærendam igitur esse vult aequalitatem κατὰ αξίαν, quæ proportione Geometrica, habitâ ratione personarum, unicuique pro merito tribuit.

43. Ut quoniam alter amicorum bonis erant magis, alter minus abundat, φίλος quoque dispar sit pro rata cuiusque portione.

44. Sic cum liberi parentibus, & contraria parentes liberis ea tribuunt, quæ ex officio trahuntur.

buere convenit, stabilis permanet ipsorum amicitia.

45. Et pauper cum diviti benefico, quanta provirili sua praestare potest, praestat beneficia, pauper & dives alias inaequales, aequales fieri, & amici inter se esse possunt.

46. Sic inter principem & subditum etsi rara intercedit amicitia (raro enim Cesar nominat aliquem amicum: cum non sit amicus, id est, maxima inter eos sit distantia) constituit tamen nonnunquam potest, principis videlicet dignitate & potentia, & subditi virtute, & obedientia ad aequalitatem reductam.

47. Sed ad tertiam nunc, qua restat, progrediendum est divisionem, qua sumitur ex causa amicitiae procreante, & conservante, communione videlicet bonorum & officiorum in conversatione humana.

48. Sic enim Arist. εἰς ἀνάση νοικεία φύλα τίνει, id est, in omni communione seu societate amicitia est: Et ubi nihil commune est (μηδὲ νοικεία) nulla quoque est amicitia. Siquidem commune solum conglutinat ac conjungit, τὸ νοικεία Curēz, l. 8. c. 9. 11. & 12.

49. Ut igitur illa communio seu societas humana privata & civilis est: sic quoque amicitia duplex est: & privata, & politica.

50. Illa ab Aristot. subdividitur in ērueinlus & ονταντα: hæc vero secundum formas politiarum.

372 DISPUTATIONES

tiarum tres, videlicet Regnum, Aristocratiā & Timocratiam, vel βασιλικὴν, vel ἀριστοκρατικὴν, vel Τιμοκρατικὴν, amicitia statuitur.

51. Et primum ad εἰρηνεῖκην quod attinet, solidū illa est amicitia, quæ inter privatas personas, propter studiorum, ætatis, atq; morum similitudinem contrahitur.

52. Cujus rām variæ recensentur species, quām varii sunt nexus & societates in vita privata.

53. Φυσικὴν verò seu naturalis amicitia ipsius naturæ ductu quodammodo suscipitur: idq; abi iis, qui vel conjugali vinculo, vel sanguine, vel cognatione coaluerunt. Unde etiam triplex est, vel suprema, vel media, vel infima.

54. Suprema est γάμου, id est, conjugalis communio, qua se conjuges amant: tum solum propagando ad conservationem generis humani, tum in commune facultates suas cōferendo ad mutuum in vita auxilium, sicq; tum bonis, tum liberis inter se communicando.

55. Unde etiam duo φίλων Aris. ut. in hac amicitia inesse dicit, Voluptatem & Utilitatem. Quibus & tertium accedere putat, Honestatem: Si utriq; conjugi sua sit virtus, eāq; mutuā delectetur, l.8. cap. 12.

56. Media est παιεῖκη, parentum & filiorum conversatio, qua & parentes liberos amant.

mant, tanquam aliquid sui, ideoq; plus, & filii parentes, tanquam ab illis profecti, ideoque minus.

57. Infima deniq; est vel *ἀδελφικὴ*, qua fratres inter se amant, quoniam ex iisdem parentibus nati sunt: vel *οἰκουμένη*, qua se cognati amant, quia ex eodem stipite sunt: utriq; verò aetate & moribus sunt similes.

58. Cæterum politica, & quidem βασιλικὴ regia amicitia in excellentia tum dignitatis, tum beneficij εὐπρεπής ἡ αξία τῆς εὐπρεπίας regis erga subditos constituit.

59. Hoc enim est boni regis officium, non solum τῇ αξίᾳ dignitate, autoritate & potentia, sed etiam τῇ εὐπρεπίᾳ, id est, beneficientiā subditos antecellere, de subditis suis benemereri, illorum curam habere, adeoq; quod ille de Agamemnone refert, ποιητα λαοῖς se præstare.

60. Ubi & vicissim subditorum requiritur αὐτοφίλεια, qua debitā perficitur obedientia, justo honore, humilibus officiis, nonnunquam etiam consiliis, quibus regem suum in gubernanda repub. adjuvare, qui præ reliquis valent subditi, & debent & tenentur.

61. Αεισοχελικὴ φιλία eadem ferè est cum regia, nisi quod dignitate sic inferior, & ut in illa unus, sic in hac plures, pauci tamen, iiq; p[ro]p[ter]o ad reip. gubernacula sedentes, reliquos

H virtute,

virtute, prudentia, benevolentia, aliisq; humanitatis officiis antecedant.

62. Ultima politicarum amicitiarum est *μοναρχία*. Et hæc in æqualitate secundū quantitatē ē *ἰσότητη κατὰ ποσοῦ* consistit, cerniturque inter eos, qui virtute, censu, libertate parres (quales in politia sunt cives) æqualiter per vices imperant: Ideoq; æqualiter invicem se amare solent.

63. Porro ad *τεμνέας* seu *φροντίδας*, id est, defectiones & corruptelas bonarum politiarum quod attinet: Affirmat Arist. ipsas nullā aut peregrinam in se habere amicitiam, cùm aut nihil aut parum in se habeant juris.

64. Ubi enim omnia vel pleraque pro voluntate & libidine absq; legibus geruntur, & ubi nulla vel exigua est bonorū communio, in quorum & distributione & commutatione jus propriè consistit, quid, quæso, lociū & justitiæ relinquitur?

65. Hoc autem in Tyrannide, Oligarchia & *μοναρχίᾳ* fieri, in quibus vel libidine dominandi, & cupiditate rapiendi, & auferendi aliena ad se per injuriam, vel deniq; licentiā omnia in deterius ruunt, notius est quām ut probari opus sit.

66. Sic & in privatis amicitiis, si paternum imperium, quod *βασιλείας* ē *ἡγεμονία* formam habet regni, abit in herile, ac liberis nostris non

non aliter ac servis urimur, tyrannis fit, nec
ulla amplius inter parentes & liberos inter-
cedit *opulua* seu conversatio.

67. Et in conjugio, quod simile est Aristoteli-
cratiae, si vel vir præter dignitatem, omnia
solus gubernare, & uxori nihil concedere
vult, vel uxor dives διπλανης marito impera-
re, sibiique soli imperium arrogare conatur:
Transfusio sit in Oligarchiam, & solvitur con-
jugalis amicitia.

68. Idem judicium esto de fratum, co-
gnatorum & sodalium amicitia, aliisq; ami-
citatæ speciebus haec tenus enumeratis.

69. In his enim omnibus nisi communio
bonorum, jus, & æqualitas και τοντη & και
αξια obseretur, amicitia consistere non po-
test, sed rumpitur vinculum amicorum, & o-
riuntur rixæ & criminationes.

70. Quæ tamen omnes dissolvuntur, si par-
 pari referatur. Inter æquales quidem και το-
ντη: Inter inæquales autem και αξια, aut eis
σύναψις, id est, pro viribus, ut aliquo modo fiat
ανάλογο. Nam hoc ιστορικη οὐχ η φιλια, Ari-
stoteles l. 9. c. 1.

71. Atq; hæc de amicitia, definitione ejus,
divisionibus, causis, sint dicta.

DISPUTATIO XVIL

II. DE AMICITIA.

& libr. nono.

POstquam disputata est amicitia natura, exutienda porro sunt 12. quæstiones, quæ magnam partem ex præcedentibus subolescere videntur.

2. Prima, secunda, tertia, sunt de *ἀνπολαθεσι*, id est, mutuo amore & aequali dilectione.

3. Ac prima quidem hæc est: cum quilibet *κατ' αξιαν* (proportione nimis geometrica) alteri tribuere opinetur, alter autem neget, unde *αξια* illa petenda, & cuius respectu dantis an accipientis beneficium, quod per *ἀνοίγων* retribui debet, metiendum est: Agitur autem hic de amicitia *ἐν προσχῇ*, non *ἐν ισότητι*.

4. Respondetur per distinctionem. In beneficio in alterum contrahendo intercedente restipulatione referendi pars beneficii, is, qui beneficium dat prior, videtur permettere fidei & gratitudini accipientis, quantum putet justum retribuere: proinde hic *τὸ ἀδιάλογον* pendet ex estimatione accipientis. Qui verò accipit interdū promissis non stat: proinde hic reprehensione dignus.

5. At non intercedente illa restipulatione si beneficium dans in accipientem confert pro-

propter virtutem, sine spe fructus, mercedis, talionis: tune qui dedit non accusabit amicum, quod parem gratiam non referat; Qui accepit, sponte sua remunerationem pro viribus facere deberet. Si vero propter mercedem aliquam beneficium confert, ut quamvis manifesta non sit restipulatio, tamen tacite videatur beneficium scenerari velle, hic remuneratio talis sit, ut vel utriusque vel accipienti saltem placeat.

6. Secunda est, utrum omnibus omnia referre conveniat?

7. Ex qua 3. particulares oriuntur. I. Utrum singulis amicorum, quibus gratiam referre decet, gratia quemlibet & in quibuslibet sit referenda: cui subiecta est haec specialis: utrum parenti in omnibus obtemperare, eumque observare oporteat gratitudinis ergo. II. Utrum in universum amico, cuius erga nos merita quedam extant, quedam verò expectantur, sit vicissim reddendū: an viro bono dandum. III. Utrum ei amico, qui prior nobis benefecit, gratia sit reponenda, an hac negligēta, alteri amico qui nobis nondum benefecit, dandum sit. Aut quando utriusque amici beneficia erga nos extant, utri prius gratiam referre conveniat.

8. Resp. I. Non omnia indifferenter singulis, sed alia aliis (ut cognatis, senioribus, so-

H 3 cts)

ciis) retribuenda, pro merito & conditione
cujusq;. Ac interdum major habenda est ra-
tio utilitatis propriæ, vel publicæ. Neque pa-
tri in omnibus mos gerendus. II. & III. Ut
plurimum (non semper) gratia potius amicis
referenda, qui priores nos beneficiis affec-
runt, quam sodali vel amico, cūjus vel nulla
vel minora in nos extat beneficia, gratifican-
dum. Sic ut plurimum amico de nobis quo-
modolibet benè merito gratia referenda,
quam viro bono, nondū tamen amico, grati-
ficandū, cūm amico plus videamur obligati.

9. Sed quæstiones propositæ exactè expli-
cari vix possunt propter varias differentias,
quas magnitudo & parvitas meritorum, ho-
nestas item & necessitas patiunt: ut gratia in-
terdum non referenda, & dōs, àrtis, p̄fici-
ferenda est, si honestius vel publicè aut pri-
vatim utilius id videatur.

10. Tertia: Utrum, si alter amicorum non
in amore non responderet, alter quo-
que discessionem facere & amicitiae renunci-
are debeat.

11. I. Resp. per distinctionem specierum
amicitiarum. Utilem & jucundam amicitiam
hīc dissolvere licet: I. cūm amicus quem ob
voluptatem vel utilitatem amaveramus, no-
bis jucundus aut utilis esse desierit. II. Cūm
deprehenderimus amicum aliam nobiscum
ami-

amicitiam coluisse quām ille p̄r̄ se tulerit,
ut si quis me amet ob commodum, simulans
amare propter virtutem. Honestā verō dis-
solvitur : I. Si alter amicorum projecta vir-
tute improbus evaserit, aut aliquo scelere se
obstrinxerit, ita ut sit *avias* id est, à nobis
emendari non possit, (nam si corrigi potest,
non est ab amico deserendus.) II. Si amicus
virtute honestisq; studiis excellentior eva-
serit, adeò ut alterum longo post se intervallo
relinquat propter magnam inæqualitatem &
diversa studia amicus (propriè) amplius non
permanet. Nec tamen amicus post discessio-
nem prorsus negligendus est, sed, si quando
obtulerit occasio, ei gratificandum, nisi forte
discessionis istius improbitas, aut scelus ali-
quod causa fuerit.

12. Sequuntur quæstiones 4, 5, 6, 7, 8, de
q̄ 12. 10. 11.

13. Ac quarta quidem hæc est : Quomodo
officia, quæ ab amicis in amicos solent con-
ferti , proficiuntur ex ea dilectione , quæ
cuique est erga se ipsum. Resp. Vir bonus
saluti suæ studet, ut quisq; alius sibi ipse benè
vult & benefacit, sibi ipse consentit, dolet &
lætatur una secum , maximè secum ipse lu-
bens conversatur. Sic & amici saluti studet, ei
benè vult, benefacit, idem cum ipso sentit, ei
mutatq; afficitur societate ægritudinis ejus

H 4

in ad-

in adversis, latatur cum eo in secundis: dele-
ctatur ejus consuetudine.

14. Quinta est: *euvosa*, id est, benevolentia
sitne φιλος amatio, an potius ipsa φιλia ami-
citas? Resp. Neutra est. Non amicitia, quia
benevolentia inter ignotos contrahi potest.
Non amatio, quia nec benevolentia conten-
tionem haberet, nec appetitionem conversan-
di, nec ex vita consuetudine, sed subito ori-
tur: Itaq; remissus ac levis affectus est. Ama-
tio vero temporis moram postulat ac vita
consuetudinem, ac habet coniunctum ardens
studium beneficiendi, & simul appetitum eo-
dem truendi.

15. Sed est principium amicitiae honestae &
perfectae, cum quis alterum sibi conciliat pro-
pter opinionem virtutis.

16. VI. An concordia, cum in amicos cadat,
sit amicitia? Resp. negat, similis tantum est
amicitia, imprimis perfecta, quae bonorum
est, & hujus adjunctum vel effectum. Est au-
tem concordia congruentia sententiarum de
rerum publicarum & privatrum administra-
tione.

17. VII. Cur qui beneficium dederunt ar-
dentius ament, quam qui acceperunt? Resp.
Quia qui beneficium contulit majores &
plures habet causas, sive honestatem, sive ju-
cunditatem spectes, amandi cum, in quem
benec-

beneficium contulit, quam contraria. Nam cum in accipiente opus suum pulcrum & honestum tanquam in speculo videatur, deleatur eo ipso. Et benefacientis magis proprium est amare: Actio enim est, cum amari perpetuo sit quaedam. Denique benefactori majore sumptu constat is cui benè fit, quam huic vivissim benefactor. Itaque vel hoc nomine cariorum illum habet.

18. VIII. Utrum licet *εἰναρχούσις*, id est, seipsum maximè amare? Resp. per distinctionem: *φίλαυτος* est bona vel mala. Mala est hominum improborum, & turpis, ideoque fugienda. Bona est virorum bonorum, & laudabilis ac utilis: Itaque amplectenda. *Φίλαυτος* qui in expetendis honoribus, pecuniis & voluptatibus corporis modum excedit, & omnino sequitur partem animi appetentem seu bramat, vituperabilis est: *φίλαυτος* vero qui externis bonis posthabitatis animi bonis studet, seu amat & sequitur rationem suam ad optimam quæque hortantem, laudabilis est. Nam ita seipsum verè & honestè amat.

19. Questio nona est de subiecto & fine. Qui sint illi quibus amici opus habent, utrum etiam beati homines indigeant amicis ad benè vivendum? Resp. viro beato utilibus quidem & jucundis amicis adeò opus non est, sed honestos tamen quibus cum fa-

H 5 milia-

miliariter versetur, desiderat. Nam se & honestatem virtutemq; suam in aliorum actionibus longè clarius potest intueri, quam in propriis. Optimè autem hoc potest in honestis amicis, utpote moribus & studiis ipsi simillimis. Deinde requirit amicos, ut habeat erga quos virtutem exerceat, & quorum auxilio benè agat. Acur beato nihil est dulcior, quam sentire se esse & vivere: Ita dulcissimum quoq; ei est, amicum suum, qui alteridem est, sentire & videre, quod vivat, & sit beatus.

20. Quæstio 10. de quantitate discreta seu adjuncto numero: Utrum multi an paucimici sint eligendi? Resp. In amicitia, qua contrahitur voluptatis vel utilitatis causa, (quam imperfectam diximus) plures recipiendi non sunt. Primo enim condimentum in cibis parcum esse oportet. Amici voluptatis causa asciti quædam velut condimenta beatæ vitæ esse videntur. Ergo tales amici pauci esse debent. Secundo, cum mutuis officiis amicitia constet, pluribus utens amicis ad sua commoda multis vicissim operam dare cogitur. Hoc autem difficile est, & fortè ad id facultates non sufficiunt. Itaque paucis contentum esse præstat. In honesta etiam amicitia multi esse amici nequeunt: difficile enim est singulorum moribus se ac-

COMMO-

commodare , & communiter cum multis (tam dispari illorum fortunâ) affici . Name-
veniet , ut uno eodemq; tempore cum alio
laxati , cum alio dolere opus sit . Pauci verò
esse possunt atq; debent : quia aliquis simul
multis valde amicus esse non potest : neque
uno eodemq; tempore multos simul amare .
Et qui sunt inter se amici veri non sunt mul-
ti . Summa autem amicitia & ferventissima
est inter duos tantum . Hinc amicorum paria
apud veteres decantata .

21. Quælio ii. de adjuncto tempore : Quā-
do maximè amicis indigeamus ? Resp. Si spe-
ctes utilitatem , amicis maximè indigemus in
rebus adversis . Sin honestatem : amici in pro-
speris vel maximè sunt optabiles , & quidem
i viri boni . Si denique jucunditatem , omni
tempore non minus in prosperis quàm in
adversis rebus amicos habere oportet . Prä-
sentia tamen amicorum in rebus adversis ita
grata esse potest , propter jucunditatem & uti-
litarum , ut aliqua ex parte sit molesta , nem-
pe cùm eos videmus propter nostras calami-
tates mœrere consici .

22. Ultima de consequente actu & exerci-
tio amicitiae : Quæ actio est amicorum , sine
qua esse nequeunt omnibus numeris per-
feci amici ? Responsio . Simul vivere & iis-
dem rebus occupari ; Seu conyictus (quem
beati

beati quoque expertunt, ut jucundissimum) seu vitæ societas & studiorum exercitiorumq; paritas communiove.

23. Hinc malorum amicitia vitiola & vitanda: Bonorum bona & expertenda. Per conversationem cum malis augetur communio malarum rerum, & fluxarum, ut voluptatis: Et imitatio mala, qua alter alterius improba studia conatur sequi. Per conversationem vero bonorum conservatur communio optimarum rerum maximeq; stabilium, ut virtutis, & imitatio honestorum studiorum, qua alter alterum in iis, quæ probat, exprimere conatur. Unde illud Poëtae:

Virtutem ex justis disces verumq; laborem.

Improbis inficiet teq; animumq; tuum.

Ac de amicitia, quæ ilius quidam virtutis est, quidem hactenus.

APPENDICULA.

Diversum sentire duos de rebus iisdem

Incolumi licuit semper amicitia.

DISPUTATIO XVIII.

DE VOLVPTATE.

SEQUITUR dissertatiuncula de voluptate, cuius I. essentia. II. adjuncta. III. differentiae seu species inquiruntur.

2. Voluptas non est motio, sed actionum & fun-

& functionum nostrarum subsequens quædam & non impedita perfectio (accidentalis) jucunditate perfundens hominem.

3. Cessante igitur operatione cessat voluntas.

4. Adjunctum voluptatis est ab omnibus merito expeti & dolorem evitari, quia omnes vivendi cupiditate ducuntur. Item non esse perpetuam, intellige si actio intermitatur vel remittatur.

5. Voluptates differunt inter se ut *eripientes*.

6. Voluptatum aliae sunt *animalia*, aliae *mentalia*. Illæ corporeæ sensu percipiuntur externo. Hæ vero, quodammodo immateriales, mente.

7. Voluptatum aliae sunt bonæ & honestæ, quæ bonas & laudabiles *eripientes* comitantur. Hæ per se voluptates appellantur. Aliæ malæ & turpes, quæ malas. Hæ respectu hominum depravatorum tantum dicuntur voluptates. Aliæ sunt intermediae.

8. Ea quæ viro *attulit* & bono videntur esse jucunda, verè jucunda sunt, & voluptates solidæ sunt. Quæ vero bono viro videntur molesta, alicui quidem jucunda videntur, at absolutè & per se molesta sunt, & dicuntur; nec dici merentur jucunda per se.

9. Ad extremum. Alia est voluptas bestialis, ut lupina, canina, equina; alia humana.

10. Eo

10. Ex solis voluptates sunt homini propriæ, quas approbat homo virtute præditus.
 11. Purissimæ sunt voluptates mentis seu *diabolonimia*: proximæ his. I. quæ visu percipiuntur. II. quæ auditu. III. quæ olfactu: Quæ gustu & tactu, impurissimæ.

DISPUTATIO XIX.
DE BEATITUDINE.

REQUIUM est ut disputatione de summo bonorum humanorum Beatitudine, & externis bonis, quæ velut instrumenta & adjumenta sunt beatè vivendi, has scholas concludamus: Illam beatitudinem internam: Hæc externam felicitatem appellare licet.

2. Beatitudo non est *lux*, sed *experientia* per se expetenda, non propter aliud, nec est sita in ludo & voluptate, sed in actione seria & usu virtutis. Est itaque in hominis potestate sita.
3. Beatitudo est vel perfectissima, quæ in vita theoria locum habet: vel minus perfecta: nempe *theoria*: quæ est vitæ politicæ.
4. Theorica consistit in usu maximæ virtutis, quæ dicitur sapientia, id est, cognitio & contemplatio optimarum & divinissimarum rerum.
5. Ac illam esse summam præstantissimam & perfectissimam probatur. I. Quia mens, cuius experientia est *divinitas*, in homine est præstantissima, & non nihil habet divinitatis. II.

Et ea,

ATIONIS
tes sunt homini
mo virtute pœn
solupates mea
s. L. que via per
III. que quæd
fima.

XIX.

THEORETICÆ

dispositione dñi

manorum Deum

que velut in

te vivat, hoc

patitudinem utra

eten appellatur

et aliud, nec alia

in aliis festa &

sum pœnitentia in

perficitur,

vel inten-

et effice pœnit

in suum iniquum

et cognitio de

vinclimur

nam pœnitenti

atur. I. Quo

in homine

aberrantia

Et ea, circa quæ mens versatur, præstantiora sunt cæteris. III. Et mentis actio est diuturnior magisq; assidua. Agendo enim defatigamur citius quam contemplando. IV. Et *διεγένεται* perfectiorem, puriorem, solidiorem, constantiorem continet voluntatem. V. Et *διεγένεται* actio per se expeditur maximè auctus se ipsa contenta est. Et externis subsidiis minus eget. VI. Et theoreticæ virtutes maximè videntur in otio versari, cum practicæ admodum sint irquietæ, & negotiose. VII. Et theoretica vita divina potius est, quam humana. VIII. Et menti convenienter vivere sua cujusq; est propria vita.

6. Hinc Practicam beatitudinem dignitate & perfectione inferiorem esse probatur. I. quia actiones practicæ sunt humanæ, theoreticæ divinæ. Et vita practica minus emulatur vitam Dei, theorica maximè. II. quia vita practica pluribus indiget, theorica paucioribus. III. quia bruta beatitudinis expertia sunt, quod sint orbata contemplatione.

7. Cæterum utra hominis propria sit non ab re queritur. Resp. practica beatitudo hominis propria est quatenus simpliciter homo est, seu quatenus homo est animal *πολιτεύεται κοινωνικοῦ*: id est, quatenus conversationes & cœtus amat. Theorica vero hominis est quatenus est homine præstantior, tanquam heros

heros quidam ac Deus terrenus naturæ vivere
raculum.

8. Externa seu adventitia felicitas, quam
 $\chi\sigma\pi\eta\zeta\alpha\tau$ & $\epsilon\tau\tau\eta\zeta\alpha\tau$ appellare licet, in homi-
nis potestate absolute sita non est: ac consistit
partim in corporearum rerum affluentia, par-
tim in Dei gratia.

9. Quod ad res corporeas attinet, beato
opus est mediocribus externis bonis. De gra-
tia divina: *Quem Deus diligit, meritò debet
censeri beatissimum.* At $\sigma\varphi\delta\zeta$ est $\vartheta\omega\pi\lambda\zeta\sigma\tau\theta\cdot$,
id est, sapientem Deus maximè diligit, quia
sapiens menti quæ similis Deo est, conveni-
enter vivit. Ergo.

10. Atq; sic de philosophia Ethica Aristote-
telis satis iuperque disputatum est. Quæ qui-
dem non solum cognoscenda, sed in tota vi-
ta moribus præstanda est, virtutibus, natura,
doctrina, & affuetatione acquisitis, ne au-
diamus illud Philosophi: $\alpha\lambda\alpha\mu\epsilon\pi\lambda\gamma\eta\sigma\sigma\cdot$
 $\alpha\lambda\alpha\delta\epsilon\pi\lambda\gamma\eta\sigma\sigma$, id est, aliud di-
cunt, aliud faciunt.

IDEA